SIMIARUM

ET

VESPERTILIONUM BRASILIENSIUM

SPECIES NOVAE,

OU

HISTOIRE NATURELLE

DES ESPÈCES NOUVELLES

DE SINGES ET DE CHAUVES-SOURIS

OBSERVÉES ET RECUEILLIES PENDANT LE VOYAGE DANS L'INTÉRIEUR DU BRÉSIL

EXÉCUTÉ PAR ORDRE

DE S. M. LE ROI DE BAVIÈRE

DANS LES ANNÉES 1817, 1818, 1819, 1820,

PUBLIÉE

PAR JEAN DE SPIX,

CHEVALIER DE L'ORDRE CIVIL DE LA COURONNE DE BAVIÈRE, MEMBRE DE L'ACADÉMIE ROYALE DE MUNICH, CONSERVATEUR DU MUSÉE ZOOLOGIQUE ET ANATOMIQUE, MEMBRE DE L'ACADÉMIE DES CURIEUX DE LA NATURE, DES SOCIETÉS DES SCIENCES D'EDIMBOURG, DE MOSCOU, DE MARBOURG, DE BONN, DE FRANCFORT.

MONACHII

TYPIS FRANCISCI SERAPHICI HÜBSCHMANNI.

MDCCCXXIII.

SIMIAE BRASILIENSES.

FAUTORES,

QUI NOMINA HUIC OPERI INSCRIBENDA DEDERUNT.

	Numerus exemplarium.
Franciscus I., Austriae Imperator, } *Cur. Schalbacher, Bibliopola Vindobonensi.*	1
Carolina Augusta, Austriae Imperatrix, } *Cur. Schalbacher, Bibliopola Vindobonensi.*	2
Alexander I., Russiae Imperator,	1
Maximilianus Josephus I., Rex Bavariae,	2
Carolina Friderica Guilielma, Bavariae Regina,	1
Guilielmus I., Rex Belgii,	2
Fridericus Guilielmus III., Rex Borussiae, *(Exempl. unum cur. Lindauer, Bibl. Mon.)*	2
Fridericus Augustus I., Rex Saxoniae, *{Cur. Lindauer, Bibliopola Monacensi, „ Artaria et Fontaine, Bibliopolis Manhem.}*	2
Guilielmus I., Rex Würtembergiae,	1
Maria Ludovica, Archidux Austriae, Dux Parmensis,	1
Ferdinandus, Archidux Austriae, Magnus Dux Toscanae, *(Cur. Artaria et Fontaine, Bibliopolis Manhem.)*	1
Ludovicus, Magnus Dux Badensis,	1
Carolus Augustus, Magnus Dux Saxo-Vimariensis, *(Cur. Artaria et Fontaine, Bibliopolis Manhem.)*	1
Ludovicus, Magnus Dux Hasso-Darmstadtensis,	1
Alexius Fridericus Christianus, Dux Anhalto-Bernburgensis,	1
Prosper Ludovicus, Dux Arembergensis,	1
Augustus, Dux Saxo-Gothanus,	1
Guilielmus, Dux Bavariae,	1
Maria Amalia, Dux Bipontina, Comes Palatina,	1
Eugenius, Dux Leuchtenbergensis,	3
Paulus Alexander Leopoldus, Princeps Lippe-Detmoldensis,	1
Henricus LXXII., Princeps Reuss-Ebersdorf-Geraënsis,	1
Carolus Egon, Princeps Fürstenbergensis, *(Cur. Artaria et Fontaine, Bibliopolis Manhem.)*	1
Carolus Philippus Wrede, Princeps Ellingensis.	1
Alexander Galitzin, Princeps, Minister cultus ac eruditionis publicae in imperio Russico,	6
Bibliotheca Reg. Berolinensis, *(Cur. Sander, Bibl. Berol.)*	1
„ „ Bonnensis, *(Cur. Weber, Bibliopola Bonn.)*	1
„ „ Tribun. rerum metallurgic. Monacensis, } *Cur. Heubner, Bibliopola Vindobon.*	1
„ Imp. Reg. Musei historiae naturalis Vindobonensis, } *Cur. Heubner, Bibliopola Vindobon.*	1
L. B. de Asbeck, Praefectus Reg. Herbipolitanus,	1
Comes de Bray, Regis Bavariae ad Regem Galliae Legatus, Societ. Reg. Bot. Ratisbonensis Praeses,	1
Campe, Consul Reg. Bavar., Lipsiae,	1
Frid. Fleischer, Bibliopola Lipsiensis,	14
Hoffmann et Campe, Bibliopolae Hamburgenses,	1
S. et J. Luchtmans, Bibliopolae Lugdunenses,	1
L. B. de Olenin, Russiae Imperatoris a Consiliis secretis, Academiae artium Petrop. Praeses,	2
Perthes et Besser, Bibliopolae Hamburgenses.	12
L. B. de Schmerfeld, Minister elect. Hasso-Cassellanus, *(Cur. Artaria et Fontaine, Bibliopolis Manhem.)*	1
Gasparus Comes de Sternberg, Praeses Musei Pragensis,	1

INDEX OPERIS.

SIMIAE BRASILIENSES.

TABLE DES ARTICLES CONTENUS DANS CET OUVRAGE.

LES SINGES DU BRÉSIL.

Vespertiliones brasilienses.

(Morçegos brasiliensibus.)

PRAEFATIO.

Simiarum genus structura corporis et facultate quadam rationi analoga hominibus perquam affine, prae reliquis regni animalis civibus naturae scrutatorum solertiam maxime semper exercuit, qui, quotquot illarum species essent, noscere, suisque museis inferre ut possent, summa contentione allaborarunt. Quorum quidem votis studiisque ea in re nihil faustius successit, quam Europaeorum ad alias orbis terrarum regiones accedentium industria, qua factum est, ut, quo majores in perscrutanda istarum regionum indole progressus fierent, eo major simiarum nondum cognitarum numerus detectus sit et speciei species addita. Nulla vero pars terrae varietate simiarum adeo praecellit, quam quae orbis novi appellatione audit, America, cujus in plagis quae habitant simiae, illas, quae in Asia et Africa reperiuntur, species quadraginta quatuor, easque structura minus dispares, non solum generum et specierum diversitate, verum etiam numero duplo majore superant. Cum in hoc opere id solum mihi agendum proposuerim, ut simias Americae, vel potius Brasiliae incolas, oculis sistam, si, quas orbis antiquus nutrit, simias prolixius recensere, harumque ab illis discrimina altius rimare praetermiserim, peccasse haud videbor. Quare missis istis, ab ipsa re, quam tractandam suscepi, exordior.

Quemadmodum in antiquo, ita et in novo orbe, zona torrida eique proxime adjacentes regiones ut a simiis inhabitentur, naturae quadam lege definitum esse videtur. Marcgravius ex Hollandia in Brasiliam missus, ibique in provincia Pernambuco dicta per sex annos moratus, praeter plantas caeteraque a se visa animalia, simiarum etiam in istis locis degentium primus meminit, sex illarum species, extremis licet lineis, describens[1]. Ex his quidem quatuor Lichtensteinius[2]: simiam Apellam, capucinam, sciuream,

---

1) *Historia naturalis Brasiliae Lugd. Batav. et Amstelodami 1648. Fol. pag. 226 — 27.*
2) *Abhandlungen der königl. Akademie der Wissenschaften in Berlin aus den Jahren 1814 — 1815. S. 210.*

Jacchum non incongrue indicat, reliquas tamen duas — nigram pedibus fuscis, et alteram toto corpore nigram — Guaribas a Marcgravio dictas, non mycetem Seniculum et Belzebul, sed potius Mycetem rufimanum et nigrum vel barbatum m. rectius dixeris. Aevo deinde subsequente, quae in America detectae sunt, simiarum numerus adeo increvit, ut, simiam mortam, Syrichtam, trepidam, utpote fabulosas, si excipias, Linneus[1]) et Buffonius[2]) jam tredecim earum species diversas: Paniscum, Seniculum, Belzebul, Apellam, Fatuellum, capucinam, sciuream, Pitheciam, Jacchum, Oedipum, argentatam, Rosaliam, Midam, enumerarent.

Quaecunque vero ad nostram usque aetatem de simiarum familia pervenerunt notiones, eas omnes in suos usus vertens Audebertus[3]) splendidissimum opus perfecit, in quo, praeter simias in antiquo orbe viventes, has tredecim species, quarum modo mentio facta est, una cum quatuor varietatibus descripsit et depinxit, ordinem ac systema Buffonii secutus. Potissimas autem sibi partes vindicant sagaces curae virorum, qui nostro tempore novis simiarum speciebus tum detegendis, tum detectis in meliorem ordinem redigendis operam navarunt. Comes ab Hoffmansegg cum pro ea, qua in historiam naturae fertur, animi propensione ac studio plane singulari, Sieberum, animalium plantarumque colligendarum causa, in Brasiliae provinciam Pará nominatam ablegasset, effecit, ut speciebus jam cognitis tres adderentur incognitae[4]), simiae scilicet torquata, Molochus, Satanas, quarum posterior in libro ab Humboldtio edito[5]), simia Molochus autem in commentariis Academiae Monacensis depictae conspiciuntur[6]). Humboldtius, cuius labores novi orbis cognitionem, praesertim si coeli, soli, montiumque indolem ac plantas spectes, mirum quantum promoverunt, undecim novas simiarum species detexit, quibus quidem nomina indita sunt: s. leonina, Lagothrix, flavicauda, albifrons, hypoleuca, Chuva, lugens, Chiropotes, melanocephala, trivirgata, ursina[7]), quarum e numero trium posteriorum tantum imagines tabulis incisae reperiuntur. Geoffraeus tum iis, quae exenteratae in Museo Parisiensi praesto erant, simiarum formis, tum aliis quae ab Azara reliquisque autoribus memoratae et descriptae sunt, inter se comparatis, quatuordecim adhuc novas species discernit hisce nominibus illas designans[8]): s. variegatae, cirrhiferae, personatae, canae, amictae, Monachi, penicillatae, auritae,

---

1) *Systema naturae. Editio 13ma Lipsiae 8° p. 37 — 41.*
2) *Histoire naturelle Paris 1767. 4° Tome 5me p. 1 — 127.*
3) *Histoire naturelle des Singes et des Makis. Paris. an. 8me Fol.*
4) *Abhandlungen der königl. Akademie der Wissenschaften in Berlin 1807. S. 97.*
5) *Recueil d'Observations de Zoologie et d'Anatomie comparée. Paris 1815. Livr. 9me pl. 27.*
6) *Denkschriften der königl. Akademie der Wissenschaften zu München. 1813. S. 330. Tafel 17.*
7) *Recueil etc. 9me Livr.*
8) *Annales du Museum d'Histoire naturelle. Paris 1812. 4° T. 19me pag. 104 — 122.*

humeraliferae, labiatae, Chamek, arachnoidis, Guaribae. **Princeps de Neuwied** *in descriptione itineris per Brasiliam facti quatuor novarum ejusdem familiae hisce nominibus mentionem facit: s. hypoxanthos, robusta, xanthosternos, chrysomelas* [1]. *Denique Kuhl, qui simiam novam (seniculum nigrum) a me jam alio loco descriptam* [2] *rufimanam appellans, visis perspectisque pluribus, quas in Europa adire licuit, simiarum collectionibus, sex solummodo earum species invenit tanquam novas novis nominibus dignoscendas scilicet: s. Geoffroei, lunata, infulata, melanochir, rufibarba, ochrocephala* [3].

Quas quidem omnes, si in unum colligas, intelliges, simiarum, quae novae in America reperiuntur, species triplo plures illis esse, quas Audebertus in suo de simiis opere, splendidiore quidem quam accuratiore, descriptas depictasque exhibuit. Quod autem maxime dolendum est, in museis sicca simiarum novarum exemplaria pauca, pauciores vero adhuc illarum imagines pictas prostare, plurimas solummodo ex descriptionibus nosci, quae tamen, cum individua in museis adhuc disiderentur, iis propriis investigandis discernendisque parum conferant. Quare a vero deflectere non videntur, qui quasdam illarum species, e. g. Callitrichem amictam, torquatam, lugentem, Jacchum penicillatum, leucocephalum, et generis Cebi nonnullas nil nisi varietates esse autumant. Ita Geoffroeus mycetem quendam fusci nomine tanquam novam speciem inducit, Guaribam Marcgravii appellans, quae tamen posterior colore nigro penitus distincta, nomine nigrae vel rufimanae a me jam alias desripta est et depicta. Humboldtius simiam, cui aures deesse putat, Aotum vocans, ad peculiare genus refert, maculis frontis albis Nyctipitheco felino m. simile praeter caetera autem et in hoc, quod Nyctipithecus felinus aures habeat et caudam breviorem, diversum. Pari modo, quas Humboldtius sub genere et specie „Lagothrix" enumerat, simiae quadam similitudine ad Gastrimargum m. accedunt, quamvis posterior larynge tuberoso careat, pilis crispis non vestitus sit, et magnitudine ac colore ab illis discrepet. Causam praeterea magis ancipitem reddit sententia Kuhlii affirmantis: „s. hypoxantham (Brachytelem macrotarsum m.) nomine Lagotrichis cani praeditum in Museo Parisiensi asservari [4]. *Simia porro brevi cauda conspicua, quam Humboldtius inter simias pilis villosis insignitas (Pithecia melanocephala) collocat, cum simiis sub nomine „Brachyurus" a me descriptis nulla re, nisi brevi cauda convenit. Quae quidem dubia rei conditio, nec non quod simiarum multae, novis ejusmodi nominibus nuncupatae collectionibus publicis desint, aut earum fidae imagines in lucem non prodierint, praecipue ratio fuisse videtur, quod*

---

1) *Reise nach Brasilien in den Jahren* 1815 *bis* 1817 *I. II. B.* 4° *Frankfurt a. M.* 1820.

2) *Denkschriften der königlichen Akademie zu München* 1813. 4° *S.* 333. *Taf. XVIII.*

3, 4) *Beiträge zur Zoologie und vergleichenden Anatomie. Frankf. a. M.* 1820. 4° *S.* 25 — 52. *p.* 25.

*naturae scrutatorum nonnulli, praesertim **Cuvier** in editione libri sui postrema*[1]*, novas hasce species et genus illud novum „**Lagothrix**" vel silentio prorsus omittant, vel varietates suspectas esse pronuntient. Supersedeo equidem hic loci de omnibus illis speciebus, quae post librum **Audeberti** typis divulgatum, tanquam novae promulgatae sunt, prolixius judicium ferre; rem autem nec ingratam nec scientiae inutilem me peracturum arbitror, si omnes in itinere per Brasiliam uno cum socio laborum meorum amantissimo Doctore **Martio** peracto observatas simiarum species, quae nullibi depictae nec, quatuor forsitan exceptis, ad hunc usque diem descriptae sunt, orbi litterario spectandas praebeam. Exhibentur vero trigiuta quatuor hic simiarum species, quantum fieri potuit, accuratissime delineatae ac depictae, omnesque ac singulae a me in ipsis, quas habitant, plagis observatae et collectae, quarum archetypa (quod magni sane momenti est ac utilitatis) in museo Brasiliensi Monachii asservantur cum ipsis imaginibus ectypis comparanda.*

*Quo largior vero specierum copia sensim sensimque contigit, eo plures innotuerunt, quibus simiae singulae a se invicem differrent, characteres eoque manifestior illarum affinitas et qui eas intercedit, nexus apparuit. Nota equidem praeter caeteras quam maxime conspicua, qua simiae Americanae, tum a se invicem, tum ab illis, quae orbem antiquum incolunt, discernuntur, cauda est vel longior vel brevior, prehensilis aut non prehensilis. Sic **Buffonius**, tum omne simiarum genus vel ex cauda penitus deficiente, vel longiore vel breviore, cujus naturae scrutatores fere omnes in discernendis illis ordinandisque rationem habere solent, dignosci jubet, tum Americanas in specie in duas classes dispescit; quibus cauda prehensilis est et ad res scilicet capessendas amplectendasque inserviens, **Sapajou**, quibus vero cauda prehensilis non est, **Sagoin**, **Saky**, denominat. Cui quidem assertioni **Erxleben** nihil addidit novi, praeterquam quod nomina gallica in latina vel graeca („**Cebus** et **Callithrix**") verterit. Eundem **Buffonii** ordinem et **Audebert** et **Latreille** amplexi sunt, **Mycetem** tantum generi peculiari adnumerantes. Collatis itaque singulis, ubicunque sors obtigit, simiarum ex America prolatarum dispersis descriptionibus, id consecuti sunt hucusque naturae scrutatores, ut cuiusvis speciei, quis sit character, qua in re simiae Americanae a simiis in reliquis mundi partibus repertis dissentiant, quibusve notis hae illis opponendae sint, facilius exponere possent. Eorum equidem oculos haud potuit effugere, simias Americanas dissepimento narium crassiore et naribus ad latera apertis a simiis orbis antiqui incolis, quibus nimirum dissepimentum narium angustum ac tenue aperturaeque nasales haud laterales sed oblongae et antrorsum positae sunt, discrepare, licet tamen **Brachyteles** et dissepimento nasali et narium forma simiis orbis antiqui affinior esse*

---

1) *G. Cuvier le Règne animal. Paris* 1817. *T. I. pag.* 113 — 114.

videatur. Verum etiam dentium numero simiae Americanae ab Asiaticis et Africanis distinguuntur. Hae nempe nunquam plures quam quinque, Americanae vero semper sex dentes molares in utroque latere habent, Jaccho et Mida solum exceptis, quae simiarum antiqui orbis adinstar quinque dentibus molaribus utrinque instructae sunt. Porro quemadmodum in mundo novo nulla exstat simia cauda omnino carens, ut in orbe antiquo genus „Orang", homini structura tam affine, ita econtra in orbe antiquo nulla, cuius manus in quatuor digitos excurrat, quod tamen in genere „Ateles" Americae indigeno contigit. Idem accidit in simiis (Mycetes vel Stentor) quae larynge vesiculoso insignes, solius Americae sylvas mugitu suo implent. Alia adhuc discrimina aliae corporis partes praebent. Ita inter simias orbis antiqui conspiciuntur plurimae sacculis buccalibus et natibus calvis praeditae, quibus, quas America alit, simiae ad unam fere omnes carent. Brachyteles solus et quodam̃odo Ateles et Mycetes tyliis plus minusve nudis orbis antiqui simiis accedunt.

Quodsi vero comparationis viam ulterius prosequi velis, et ipsi characteres aliam diversitatem offerunt intuentibus. Sic simiae Americanae non adeo feroces sunt, facilius mitigandae, vivaciores, sagaciores, corpore graciliores, minores, cauda plerumque prehensili agiliores, cranio osseo, pithecis antiqui orbis solis exceptis, tenuiore, largiore et convexiore excellentes, facie totoque capite canibus magis dissimiles, orbitis reclinatis et magis approximatis instructae, magis quadrumanae quam quadrupedes, plantis pedum haud raro incedentes, supra arbores scandentes, sibilantes, cachinnantes aut mugientes, minus voraces minusve carnivorae, libentius fructibus, foliis, insectis vescentes, foetore illo ferali minus graves ac molestae.

Antiqui orbis econtra simiae, si pithecos (Orang), omnium simiarum nobilissimas, excipias, sunt plerumque dolosae, difficilius mitigandae, ferae, violentae, minus vivaces, parum sagaces, phlegmaticae, corpore admodum robustae, cranio osseo crassiore, orbitis plerumque distantibus, compressioribus, antrorsum versis, capite facieque magis oblongis, canibus similes, minus versatiles, quadrupedes magis quam quadrumanae, voce rauciori caui latranti similiores, voracissimae, viva plerumque animalia necantes, foetore ferali, nauseam creante molestae. Quae omnia si accuratius perpendas, facile concedes, nisi orbis antiquus pithecos (Orang) nutriret, simiis Americanis utpote nobilioribus prae caeteris omnino principatum deberi; isti enim vero simiarum familiae, dubii caeteroquin ortus ac conditionis, praerogativa recte vindicatur, simiarum ducem esse et antesignanum. Quanquam autem nihil, quod ordinis ac concinnitatis ratio postulat, deesse videatur, si simiarum orbis antiqui, qui intercedant, gradus ac varietates a Pithecis ad Cercopithecos, Papiones et Lemures perspicias, non incongrue tamen dixeris,

naturam id efficere voluisse, ut simiae Americanae inter extremos fines, quos pithecorum familia ex una parte, et ex altera cercopithecorum, papionum lemurumque familia in horum animalium systemate occupant, quasi medias partes tenerent.

Galli anatomiae comparativae studio edocti, animalium species ac genera non ex arbitrio aut systemate quodam artificiali, sed ex affinitate naturali deducenda esse, etiam simiarum genera secundum eandem legem, eodemque indicio ordinare sunt agressi. Quem ad finem consequendum nulla inventio maiora illis praestare commoda potuit, quam Camperi celeberrimi de angulo faciali nova sententia, ad cuius normam pulchritudo tum hominum tum animalium eorumque affinitas cum homine lege quadam naturali dimentiendae sunt. Haud immerito itaque Cuvierus affirmat: „On observe dans les diverses races d'hommes la même série dé rapports, que dans „les diverses espèces d'animaux, entre la saillie du crâne et le dégré d'intel„ligence, ou de cette sensibilité exquise, de cette mobilité dans les organes, „qui fait peut être la principale base des différences qui existe d'homme à „homme. Chacun sait que Camper a remarqué le premier, que c'est une légère „inflexion de la ligne, qui termine ces proportions, qui produit ce beau sublime que nous admirons dans les ouvrages des Grecs."[1] Hac itaque Camperi mensura faciali usi Cuvierus et Geoffroeus hominem 90° — 70°, pithecos et callitriches 60°, cercopithecos 50°, papiones et mycetes 30° gradibus gaudere definierunt. Istos equidem angulos Cuvierus in libro anatomiae comparatae[2], in opere denique postea edito[3]) ita emendavit, ut pithecis 65°, simiis Americanis (Sapajous et Ouistitis) et cercopithecis 60°, papionibus 30° gradus tribueret. Qui autem Cuvierum subsecuti sunt autores e. g. Lacépède, Audebert, Latreille, Illiger, Humboldt idem systema plus minusve mutatum libris suis inseruerunt.

Rem propius consideranti patet, singulas hasce assertiones in determinando cuiusvis individui angulo faciali non solum inter se non convenire nec certa stabilique lege fulcitas esse, verum etiam illas ipsi naturae, uti infra luculentius demonstrabitur, repugnare. Puncta nempe, a quibus lineae angulusque facialis Camperi ab aure usque ad dentes incisivos superiores medios et ab his usque ad partem frontis quam maxime protuberantem nasique basi proximam describuntur, ex locis, quae situ et dignitate haud excellunt et hac ex causa varietati mirum quantum obnoxia sunt, non descendunt; quo fit, ut huius anguli usus et applicatio generalis esse non possit.

---

1) *Mémoire sur les Orangs Outangs. Journ. de phys. T. 3. p. I. p. 185.*

2) *T. 2. p. 8.*

3) *Le Règne animal distribué d'après son Organisation. Par. 1817. T. I. p. 101 — 116.*

Norma enim anguli Camperiani, ut fieri solet, adhibita sequeretur, hominem, in quo frons circa sinus frontales, cum fossis maxillaribus et organo olfactus intime conjunctos, in capite protuberat, ingenio et pulchritudine excellere, cum tamen homines eiusmodi forma effícti, inferiorem imo infimum humanitatis locum occupent, et in his fronte superiore utpote nobiliori recedente, inferior ejusdem minus nobilis pars nasalis ac orbitalis prosiliat. Eodem prorsus modo in simia Jaccho et Mida angulus facialis Camperi ita eminet, ut reliquis simiis licet illis perfectioribus, quin ipsi fere homini praeponendae forent. Idem quoque de Bradypode, praesertim de omnibus animalium embryonum et juvenilium capitibus affirmandum est. Plura adhuc recenseri possent exempla, quae anguli Camperiani usum dubium reddunt; sed naturae scrutatores hisce in studiis versati, tum multas in applicando hoc angulo difficultates tum opinionum diversitates ac falsas, quae inde oriuntur, conclusiones ipsimet perspexerunt. Quibus ex causis plurimi eorum ad evitandos hos scopulos, angulum Camperianum aut quoad loca applicationis immutandum, aut illius plane nullam deinceps habendam esse rationem existimarunt.

Geoffroeus[1]) *et Humboldtius in recentioribus, quos uterque de simiis edidit, commentariis, anguli quidem Camperiani mentionem faciunt, ordinem tamen simiarum redigentes, eundem haud amplius respiciunt, solum Buffonii vestigiis insistentes. Nomina generum novorum „Cebus, Callithrix“ ab Erxlebenio mutuantes, aliisque nova imponentes, „Ateles, Lagothrix, Aotus“, simias Americanas serie subsequente collocarunt, quas Geoffroeus hisce nominibus designavit: S. Americanae vel Platyrrhini: Heliopitheci — cauda prehensili calva vel non calva (Ateles, Lagothrix, Stentor, Cebus); Geopitheci (Callithrix, Aotus, Pithecia); Arctopitheci (Jacchus, Midas). Hunc vero ordinem accuratius perlustranti non nulla minus consona obveniunt. In hac nimirum serie simiae Americanae perfectissimae e. g. Cebus cum imperfectioribus uti Stentore, nec non aliae simiae diversae cum diversis unam eandemque familiam constituunt, quin imo imperfectiores (Ateles) agmen ducunt, et ipsa distinctio Geopithecorum etiam diversas ad hanc familiam non pertinentes species complectitur.*

Quaecunque in observationibus hucusque factis vera reperiuntur, libenti animo amplectens, quae vero falsa, praetermittens, et id, quod variis a me institutis tentaminibus optimum esse judico, secutus, in describendis hisce novis simiis specierum ordinem in quibusdam immuto, notas externas, artificiales et sensibus magis obvias, quibus facilius distingui possint, tanquam notas imprimis characteristicas propono, ipsum vero ordinem ac seriem tum ex

---

1) *Annal. d. mus. Tom.* 19.

affinitate naturali, tum ex notis artificialibus simul sumtis, nec non ex diversitate mensurae anguli facialis Camperiani determino; loquor autem de ea solum methodo Camperiana, quam Cephalogenesis demonstrat, in melius, ut mihi videtur, mutata.

Quo quidem in opere frons, altitudine protuberans tanquam punctum superius positionis ad describendum angulum facialem assumitur; si autem punctum positionis, in angulo Camperiano adhiberi solitum servare velis, saltem monendum est, ut altera linea recta a spina frontis supranasali ad altiorem vel eminentiorem frontis vel verticis locum ducta mensurae defectum suppleas. Dubia vero omnino evitabis, si capitis vertici vel frontis vel potius, massa ossea tam mutabili sublata, cerebri ipsius inclusi culmini lineam cum horizonte parallelam imponas; tunc enim altera linea e puncto, quo spina frontalis cum osse nasali conjungitur, ducta et priori perpendiculariter insistens mensura est ac norma, ex qua non solum hominum inter se, verum etiam omnium animalium frontis vel cerebri altitudo, illique annexus ordo ac dignitas naturalis nosci dijudicarique possunt.

Ut varietas et series simiarum pro ea, quam ad incolas Americae indigenos habent, ratione melius innotescant, consultius visum est, praeter plurimas simiarum hic descriptarum formas, et cranium viri Indiani e tribu CamaCaëns orti super eadem basi horizontali ut reliqua simiarum capita positum, eademque mensura emensum accurate depingi, adscriptis, quantum fieri potuit, simiarum nominibus, quibus vel Lusitani in America viventes, vel qui ab illis originem trahunt, Brasiliani, aut Indiani indigeni, singulas earum species nuncupant.

Cunctas animalium imagines, quae triginta octo tabulis exhibentur, Michael Schmidt, Bojo-Monacensis, delineavit, delineatas Professor Mitterer lapide, F. Weishaupt vivis coloribus expressit. Imaginum archetypa, ut supra jam monuimus, Monachii in museo Brasiliano asservantur.

---

1) *Cephalogenesis sive capitis ossei structura, formatio et significatio per omnes animalium classes, familias, genera ac aetates digesta, legesque simul psychologiae, cranioscopiae ac physiognomiae inde derivatae.* Monachii 1815. Fol.

SIMIAE AMERICANAE SIVE PLATYRRHINES.

CHARACTER ESSENTIALIS.

Simiae caudatae, sacculis buccalibus nullis; natibus tectis; naribus depressis; dissepimento narium crassiore; aperturis nasalibus lateraliter patulis; dentibus molaribus utrinque supra infraque in plerisque sex; cauda apicem versus in nonnullis prehensili, subtus calva vel tota pilosa; digitis manus quinque, rarius quatuor; voce cachinnante, sibilante aut mugiente.

DESCRIPTIO.

Animal quadrumanum, scandens, diurnum vel nocturnum, monogamum, singulis annis puerperum, pullorum matris dorso vel abdomini haud raro adhaerentium amantissimum, gregarium, Mycete phlegmatico excepto, agile, docile, sagax, sibilans, ululans vel mugiens, natibus calvis sacculisque buccalibus destitutum, facile cicurandum, insectis, fructibus et foliis in sylvis victitans, mansuefactum carne cocta et assata vel oryza etc. nutriendum. — Corpus mediocre; cranium grande, oblongum; frons, Mycete excepto, elata; planum musculi temporalis semicirculare verticem capitis nequaquam attingens; facies haud prolata; fossae orbitales oblique vergentes; nasus brevis apice depressus; nares laterales, septo crasso disjunctae; maxilla inferior postice haud vel vix elevata; dentes incisivi supra infraque quatuor vel recti vel extrorsum versi, canini supra infraque mediocres duo, incisivis contigui vel ab illis distantes, molares supra et infra in utroque latere quinque vel sex; mammae duae pectorales vel subaxillares; cauda vel non prehensilis pilosa, vel prehensilis apice subtus calva aut pilosa; quatuor extremitates vel subaequales, vel anteriores elongatae; palma pentadactyla vel tetradactyla; unques, excepto illo pollicis pedis frequenter lamnari, tegulares aut falculares; larynx regularis vel in quibusdam vesiculoso-protuberans.

I. TRICHURI

cauda apice subtus pilosa.

Cauda volubili

Genus I. Cebus.

Cauda non volubili

abbreviata.

Gen. II. Brachyurus.

villosa.

Gen. III. Pithecia.

comosa, subtenui.

Gen. IV. Callithrix.

laxa, subtenui.

Gen. V. Nyctipithecus.

gracili, elongata, non annulata.

Gen. VI. Midas.

gracili, elongata, annulata.

Gen. VII. Jacchus.

II. GYMNURI

cauda apice subtus calva prehensili.

Tetradactylus, longimanus, larynge subtuberoso.

Genus VIII. Ateles.

Subpentadactylus, longimanus, larynge non tuberoso.

Gen. IX. Brachyteles.

Pentadactylus, sublongimanus, larynge non tuberoso.

Gen. X. Gastrimargus.

Pentadactylus, stentor, larynge maxime tuberoso.

Gen. XI. Mycetes.

Familia I. TRICHURI.

Genus 1. Cebus, *Erxleben, Geoffroy, Humboldt.*
Sapajou, *Buffon, Lacépède, Audebert, Cuvier.*
Callithrix, *Illiger.*

CHARACTER ESSENTIALIS.

Cauda volubili, apice intorta.

Descriptio. Simia diurna, libidinosa, blandiens, raro solis plantis pedis, frequenter palmis plantisque incedens vel arbores scandens, caudam plerumque apice intortam gestans, illaque res amplectens et capite inverso e ramis dependens; corpus robustius, pilis densis recumbentibus vestitum, subtus subpilosum; caput grande, ellipticum; cranium osseum tenue, tumidum, oblongum; frons valde elevata; foramen occipitale magis deorsum vergens; facies angusta, cranio multo brevior, subminuta, obtusa, subnuda vel lanuginosa, versicolor, inter oculos angustata; orbitae praegrandes paululum extrorsum versae, cranio fere inclusae; dentes incisivi in utraque maxilla 4, in linea subrecta positi, apice obtusiores, superiores a caninis intervallo remoti, medii plani, exteriores triquetri, inferiores caninis contigui; canini in utraque maxilla 2, validiores, exserti; dentes maxillares in utraque maxilla 12, quorum anteriores bicuspidati, reliqui quadricuspidati, obtusiores; auriculae conspicuae, subellipticae, lanuginosae vel subpilosae; 4 extremitates haud longae, subaequales, subvalidae, pentadactylae; digiti manus nec non plantae pedis subbreves; pollex manus breviusculus, subremotus, pollex pedis reliquis digitis brevior, retractus, oppositus; ungues tegulares, convexi, apice obtusi; unguis pollicis pedis planior; cauda crassa, corpore vix longior, volubilis, tota pilosa; penis maris gracilis, retractilis, cylindricus, apice in membranam, oris buccinae ad instar dilatatus; clitoris pene maris vix brevior, incurva, peniformis, apice glandiformis; angulus facialis Camperi 59° - 60°, cerebralis 87° - 90°, altitudo frontis $4\frac{3}{4}'''$ - $7\frac{3}{4}'''$.

Species 1. Cebus macrocephalus. Tab. I.

Capite praerobusto; orbitis acute angulatis; osse frontali in medio subcristato; temporibus antice nudis; facie obtusa, subquadrangula: dentibus caninis crassis.

Descriptio: Longitudo trunci dorsalis ab occipite usque ad radicem caudae	$1' 2\frac{1}{3}''$	palmae	$3''$
capitis ab ore usque ad occiput	$4\frac{3}{4}''$	femoris	$6''$
faciei ab ore usque ad supercilia	$2''$	tibiae	$5\frac{1}{2}''$
humeri	$5\frac{1}{3}''$	plantae	$3\frac{3}{4}''$
ulnae	$4\frac{3}{4}''$	caudae	$1' 5\frac{3}{4}''$

(Mensura Parisiensis.)

Corpus robustum; truncus dorsalis, humerus, cauda ad radicem nec non femur extus fusca; frons media, vertex, occiput, nucha, spina dorsi, cauda, quatuor extremitates antice, femur intus et supra nigricantia; facies nudiuscula subatra, extus a gula ad verticem usque fascia nigricante cincta; tempora antice nuda, postice uti et latera frontis rufo-albicantia; genae, labia, mentum pilis rarioribus albicantibus vel fusco-atris obsita; auriculae patulae, nudiusculae, ovatae; dentes canini crassi, exserti, incisivi in linea recta positi, inferiores caninis contigui, superiores intervallo remoti, intermedii superiores planiores, exteriores triquetri; gula obscure fusca; pectus ochraceo-fuscum; abdomen fusco-subpilosum; pili corporis breviores, in dorso ad radicem ferruginei, versus apicem fuscescentes ultra $^1/_2$'' longi, in capite et cauda recumbentes, colli lateralis et brachii extus retrorsum ascendentes, gulae antrorsum vergentes; cauda longitudine trunci dorsalis. Quatuor extremitates crassae, subaequales; digiti manus breviores, pedis longiores; ungues flavido-nigricantes, subcurvi, apice obtusiores, pollicares pedis planiores; altitudo frontis $7^3/_4$'''.

Habitat in sylvis lacus Catua dicti flumini Solimöens adjacentis. Foemina a mare fere non differt.

I. LE SAPAJOU À GROSSE TÊTE.

Le sapajou à grosse tête ressemble par sa couleur, et même par les proportions des parties du corps à ceux, aux quels Linné et Buffon ont donné le nom d'Apella et Fatuellus, mais il s'en distingue par la double grosseur du corps, et par la configuration de la tête qui a une crête frontale, presque comme une Guenon d'Afrique. En général il y a parmi les auteurs une grande différence d'opinions en ce que regarde les deux singes ci dessus nommés. Mr. de Humboldt est le premier qui ait jugé qu' ils ne forment pas deux espèces distinctes. J' ai ici devant mes yeux beaucoup d'originaux de l'une et de l'autre espèce, et je dois avouer que je ne trouve presqu' aucune différence entre le Sajou et le Sapajou cornu, exceptés les deux forts pinceaux de poils qui s'élèvent sur les côtés du front de ce dernier. Quoique plusieurs individus de Sapajou cornu portent ce même caractère, je ne crois pas pourtant que ce soit une particularité constante, mais plutôt une petite variation naturelle de ce même Sapajou cornu, et que ces sortes de pinceaux de poils sont déja usés chez le Sajou plus âgé.

Le Macrocéphale est presque de la même couleur que le Sapajou brun et cornu. Il a le tronc, l'humérus et l'intérieur des cuisses d'un rouge brun, la tête, l'occiput, l'avant-bras, l'intérieur des pieds, la queue, les avant-pieds et le long du milieu du dos noirs. Une bande noirâtre se prolonge en forme de favori depuis les tempes en devant des oreilles jusqu' en bas des joues, et dans le Macrocéphale cette même bande plus large s'étend jusqu' au dessous du menton. Le reste des joues, l'avant-front et les parties antérieures des tempes sont d'un roux blanchâtre, du reste la gorge et la poitrine jusqu' au bas-ventre sont de la même couleur que l' humérus. — Le Macrocéphale ne diffère de ces espèces de singes que par la plus grande grosseur de son corps et de sa tête, marquée aussi de crêtes au dessus des yeux, et d'une autre au milieu du front. Il a les yeux beaucoup plus grands, les dents canines très fortes, les tempes presque nues ainsi que les oreilles qui sont très visibles. La face est d'un roux foncé et d'un blanc velouté sur les joues, les lèvres et le menton. Tous les poils sont roux à leur racine et bruns foncés à leur extrémité. Les Portugais qui habitent solitairement la rivière de Solimöens appellent Prégo tous les singes de cette espèce, tels que le Sapajou brun ou cornu et le Macrocéphale, d'après la conformation de l'organe sexuel du mâle.

Species 2. Cebus libidinosus. Tab. II.

Barbatus, vertice et occipite brunneo-nigris; genis mentoque barbatis; hisce, dorso temporibus et corpore subtus flavo-rufis; humero et femore rufescentibus; brachiis dilute fuscescentibus; fronte, facie intus et circum nec non digitis manus flavo-albicantibus; cauda supra brunneo-nigricante, subtus flavo-rufa.

Longitudo	trunci	1′ $5\frac{3}{4}$″	ulnae	$4\frac{1}{4}$″
	capitis	$3\frac{1}{3}$″	palmae	$2\frac{1}{3}$″
	faciei	$1\frac{1}{4}$″	femoris	$4\frac{1}{4}$″
	caudae	1′ $3\frac{3}{4}$″	tibiae	5″
	humeri	$4\frac{1}{2}$″	plantae	4″

Descriptio. Corpus subrobustum; caput crassum, subrotundatum; quatuor extremitates subaequales; cauda corpore brevior; pili dorsi $^{3}/_{4}$″ longi, ad radicem cinerascentes, ad apicem pallide rufi, nuchae et verticis brunnei, occipitis nigri, in medio frontis nigri, versus tempora flavo-albicantes, cranii retrovergentes, faciem a temporibus usque ad jugulum mystacis ad instar involventes, ochracei, suberecti, caudae supra brunneo-nigricantes, infra brunneo-rufescentes, dorsi, humeri, femoris extus rufi, intus et in reliquis extremitatibus nigro-brunnei, digitorum manus albicantes, hirsuti, gulae, pectoris et abdominis anterioris pallide flavo-rufi; facies atro-incarnata, nudiuscula; malae et labia albicantia, lanuginosa; dentes canini fortes, exserti; incisivi superiores a caninis remoti, praecipue medii inferioribus longiores; auriculae subconspicuae, subpilosae; ungues brunneo-nigri, mediocres, apice obtusi, subincurvi, pollicaris in planta largior, longiusculus, apice rotundatus; angulus facialis et cerebralis 62°; altitudo frontis $7^{1}/_{2}$‴.

Habitat ad flumen Carinainha, fluvio St. Francisci laterale.

II. LE SAPAJOU LASCIF.

C'est la lascivité qui rend ce singe remarquable. Il aime à faire continuellement des grimaces, en regardant certaine partie de son corps. Nous l'avons rencontré dans les forêts basses de Carinainha, rivière latérale de Rio St. Francisco. Il ressemble un peu au Sapajou Apella ou Fatuellus, mais il s'en distingue par la couleur entièrement ferrugineuse de son corps, et principalement par la barbe, qui entoure en cercle toute la face, et qui se prolonge des tempes presque jusqu' au dessous du menton. Il a sur le sommet de la tête une calotte brune-noire; les pieds, excepté les cuisses et l'humerus, sont ainsi que le dessous de la queue, le dos, la gorge, la poitrine et la barbe d'un roux ferrugineux. Le devant de la gorge est d'un brun-roux foncé, les joues, le menton et les doigts des mains sont d'un roux plus clair. Le bas-ventre est presque nud, et le tour des parties sexuelles à peine couvert de quelques poils bruns, la face brunâtre et un peu veloutée, le front très haut. Les oreilles sont bien visibles, presque nues par derrière, et garnies sur le devant de quelques poils, les dents laniaires pointues, et les ongles noirâtres. Sa taille est mediocre, et la queue un peu plus courte que son corps.

Ce singe attaché par une petite chaine de fer sur un mulet de charge, nous a accompagné dans le voyage de la rivière de St. Francisco jusqu' à la capitale de Bahia. Il étoit

toujours aussi intelligent et aussi vif que malicieux. ***Pendant la route, un de nos garçons chargé*** *du soin de pousser les mulets de charge se moquoit continuellement de lui.* ***Le macaque au*** *commencement se fâchoit, et s'élancoit vers le moqueur;* ***mais se sentant prisonnier, il ne*** *répondit plus à la suite que par des grimaces, et à la fin même* ***par détourner les yeux*** *pour ne plus voir les vexations de son ennemi.* ***Arrivés un soir à la couchée, le singe*** *parvint à se détacher de sa chaine, et avant de* ***s'enfuir il sauta à l'improviste sur ce*** *garçon qui, étant occupé à d'autres choses,* ***ne faisoit pas attention au singe, et fut mordu*** *cruellement. De ce fait on pourroit bien conclure, que les singes conservent un esprit de vengeance, qu'ils tiennent caché même très long tems. Cependant ayant eu le bonheur de le ratrapper, il ne fut puni que de quelques coups; mais plus tard étant parvenu, en allongeant son corps d'une manière inconcevable, à s'emparer de l'ouvrage précieux (le Système de la Nature de Linné) et l'ayant mis en morceaux, il fut puni de mort.*

Species 3. Cebus xanthocephalus. Tab. III.

Imberbis, mento, genis nec non fronte albo-griseis; vertice, occipite, nucha, humero intus et lumbis ochraceo-flavis; dorso medio brunneo-nigro; malis ab auriculis mentum versus nigro-fasciatis; cauda et quatuor extremitatibus nigerrimis; jugulo pectoreque ferrugineis.

Descriptio.	Longitudo	trunci	1′ 6″	palmae	3″
		capitis	$3\frac{1}{2}$″	femoris	5″
		faciei	$1\frac{3}{4}$″	tibiae	5″
		humeri	5″	plantae	4″
		ulnae	4″	caudae	1′ $\frac{1}{4}$″

Corpus subrobustum, colore variegatum; cauda crassa, corpore brevior; quatuor extremitates longitudine mediocri, subaequales; pili trunci 1″ longi recumbentes, subrigidi, ad radicem nigricantes, ad apicem in medio dorsi nigri, in nucha, vertice, occipite et humero intus ochraceo-flavi, pilis ferrugineis nigrisque immixtis, in femore extus et supra caudae radicem ferruginei, ad latera caudae mediae fuscescentes, in quatuor extremitatibus et in reliqua cauda nigerrimi, in jugulo et pectore ferruginei, in mento, genis, malis griseo-argentei, in fronte griseo-fusci, in medio verticis ochraceo-flavi, a mento usque ad auriculas nigri, antrorsum versi, fasciae nigrae ad instar faciem ambientes; facies subincarnata, circa oculos nudiuscula, reliqua fuscescente-lanuginosa; labia alba vibrissis albis intermixtis; auriculae fuscae, subpilosae, antice et postice fascicularibus albo-nigricantibus pilis munitae; abdomen nudiusculum, rufum; regio pubis nigro-subpilosa; femora intus pilis nigris rarioribus obsita; regio circa anum nigro-pilosa; dentes canini mediocres, subaequales; incisivi superiores, praesertim medii planiores, laterales subtriquetri a caninis remoti, inferiores longiores, contigui, suberecti; pollex pedis brevior, retractus, oppositus; ungues brunneo-nigri, subcompressi, subcurvi, ad apicem obtusiores; unguis pollicis pedis planior, apice angulato-acuminatus; angulus facialis Camperi 59°, cerebralis 57°; altitudo frontis 7‴.

Habitat in sylvis provinciarum Rio de Janeiro et St Pauli; foemina est, quam descripsimus.

III. LE SAPAJOU À TÊTE FAUVE.

Ce singe nommé chez les habitans Saa ou généralement Macaco appartient au genre des Sapajous. Quand il marche à quatre pieds, ou quand il grimpe sur les arbres, il porte toujours la queue entortillée. Lorsqu'il saute d'une branche d'arbre à l'autre, il se sert du bout de sa queue comme d'une main. Quand il veut s'allonger, il embrasse les troncs avec la queue, et en s'y accrochant il s'amuse quelque fois à se balancer en tenant la tête renversée. Il est d'une taille de médiocre grandeur, et se distingue par sa couleur fauve ou jaune rougissante au sommet de la tête, à l'occiput, à la nuque, à l'humérus, au dos des reins et aux flancs. Le reste du corps, excepté la gorge et la poitrine qui sont plutôt ferrugineuses que fauves, est tout noir. Une bande noire se prolonge de l'avant des oreilles sur la partie postérieure des joues jusqu'au dessous du menton. Les poils du front et des joues antérieures sont blanchâtres, la face est presque nue et rougeâtre; les yeux sont bruns, les oreilles presqu'entièrement couvertes de poils, concentrés en diverses parties en espèces de petits faisceaux. Autour des lèvres et sur le menton se trouvent des petits poils blancs. Les avant-bras, le milieu du dos, les pieds postérieurs, et la queue sont tout noirs, et on ne remarque des taches jaunes, qu'au côté exterieur des cuisses, et à la racine de la queue. Le bas-ventre et les côtés intérieurs des cuisses sont presque nuds, et ne portent que très peu des poils noirs. Les plantes des pieds et les ongles sont noirs, les dents laniaires d'une proéminence médiocre. Cette espèce de Sapajou ressemble par la poitrine ferrugineuse à celle, à la quelle le Prince de Neuwied donne le nom de Xanthosternos; mais elle en diffère aussi par la tête et la nuque qui ne sont point noirs. On trouve ces Sapajous dans les forêts de Rio de Janeiro, d'où ils sortent en grandes troupes pour visiter les plantations de maïs, d'orangers, et d'autres fruits.

4. Cebus unicolor. Tab. IV.

Imberbis capite grandi; corpore flavo-brunneo; vertice et cauda obscurioribus; auriculis brevioribus; pilis rigidioribus; dentibus caninis validioribus.

Longitudo	corporis	1′ $7\frac{1}{4}''$	ulnae	$5\frac{1}{2}''$
	capitis	$4\frac{1}{2}''$	palmae	$5\frac{1}{3}''$
	faciei	$1\frac{1}{2}''$	femoris	$5\frac{1}{3}''$
	caudae	1′ $1\frac{1}{2}''$	tibiae	$7''$
	humeri	$4\frac{1}{2}''$	plantae	$4\frac{1}{2}''$

Descriptio. Corpus robustum; caput crassum; cauda corpore brevior apice brunnea; pili corporis rigidiores, dorsi $\frac{3}{4}''$ longi, unicolores, flavo-brunnei, in vertice et nucha obscuriores; in quatuor pedibus aurantio-relucentes, in pede posteriore magis brunnei, versus superficiem extremam albicantes, in cauda ad radicem ferruginei, in reliqua nigro-brunnei et ad apicem albo-annulati, in fronte et temporibus pallidiores, retrovergentes, in malis fulvi, extrorsum versi; linea in medio frontis brunnea; facies fusca, lanuginosa, ad labia et mentum subpilosa, fulva; regio supra oculos subpilosa; dentes laniarii robusti, incisivi superiores a caninis remoti, exteriores triquetri, medii sublargi, inferiores approximati, contigui, obtusiores; auriculae breves et quasi truncatae, rotundae, subpilosae; gula, pectus et abdomen subpilosa; ungues tegulares, incurvi, flavicantes, pollicaris in planta planior.

Habitat in sylvis juxta lacum in flumen Solimöens defluentem.

IV. LE SAPAJOU D'UNE SEULE COULEUR.

Ce Sapajou a quelque ressemblance avec le Sapajou Maigre; mais sa grosse tête, ses poils roides, courts et gris-variés aux quatre extrémités et à la queue, comme chez le renard, et enfin une plus grande grosseur de corps le distinguent de l'autre. Sa grosse tête paroit lui donner une autre ressemblance avec le Sapajou Macrocephalus, du quel il diffère cependant par la forme de la tête arrondie et applatie sur le front, par la face raccourcie, par les oreilles comme tronquées et principalement par la couleur toute contraire à celle de l'autre. Son corps est assez robuste, sa tête grosse et ronde, tandis que sa face est plus raccourcie, la couleur de son corps uniformément clair-brune, le long du milieu du dos et principalement sur le sommet de la tête un peu plus foncée, aux quatre extrémités et vers la queue très peu variée du gris. Les oreilles presque courtes et en arrière toutes nues portent en avant quelques petits bouquets de poils. Sa face est noirâtre un peu veloutée, les yeux sont brun-clairs, les dents laniaires assez longues, les ongles fauves, un peu courbes et en rétrécissant du bout. La queue grosse a presque la longueur du corps. C'est le mâle que je viens de décrire, et que j'ai trouvé dans les forêts du Teffé, rivière latérale de Solimöens, près du village d'Egà.

5. Cebus gracilis. Tab. V.

Corpore gracili, supra brunneo-fulvo, subtus albicante; gula subbarbata; vertice et occipite brunneo-nigris; auriculis patentibus; capite oblongo; corpore pilis mollioribus vestito; dentibus caninis brevioribus.

Longitudo	trunci	1′ 4″	ulnae	$4\frac{1}{3}$″
	capitis	3″	palmae	$2\frac{1}{2}$″
	faciei	1″	femoris	$4\frac{1}{4}$″
Le Sagoin-Cuivre, nommé chez les peuples qui habitent les bords de la rivière Solimöens au Pérou, Yapusa, est d'un gris brunâtre en dessus, et tout couleur de cuivre en dessous et aux pieds. La tête est garnie de poils roux et courts, le milieu de la face et les sourcils sont presque nuds. Le visage est entouré depuis le dehors des tempes jusqu' au bas des joues de poils également couleur de cuivre, et dirigés en avant. Les lèvres et le menton sont garnis de quelques petits poils, noirs, longs et roides. Les oreilles sont nues en arrière, proéminentes, et couvertes simplement sur le devant de quelques poils roux. Généralement tous les poils sont couchés en arrière, ceux du dos, de l'humerus et des cuisses passablement longs, noirs, et en même tems entremêlés de roux et de noir. La queue, qui est d'un gris-rougeâtre, devient vers l'extremité, de plus en plus pâle et blanche. Les yeux sont bruns.

Familia I. TRICHURI.

Genus 5. N y c t i p i t h e c u s.

CHARACTER ESSENTIALIS.

Simia nocturna cauda non volubili, laxa, subtenui.

Descriptio. Simia pentadactyla, noctu tantum ambulans, vultu gestuque felina; oculi ignei, lucem perhorrescentes; cauda non volubilis, corpore longior; corpus supra et subtus dense villoso-lanuginosum; facies minutissima; orbitae praegrandes; malae proeminentes; vertex subdepressus, planior; maxilla inferior aeque ac in Mycete postice elevata; aures exsertae, subpatulae, pilosae; dentes canini superiores et inferiores in utraque maxilla 2, mediocres, aequales, incisivi supra infraque 4, superiores medii planiusculi, parum prominuli, exteriores triquetri, minores, magis retracti, inferiores approximati, in semicirculo juxta se positi, apice subdilatati, molares utriusque maxillae 12 subcuspidati; pedes posteriores anterioribus longiores; ungues breves, compressi, subprosilientes, apice subacuminati, pollicaris pedis vix planior.

Species 1. Nyctipithecus Felinus Tab. XVIII.

Subbarbata, mystace ad latera malae disticho; corpore toto villoso - lanuginoso, supra olivaceo - cinereo, subtus pallide ochraceo; cauda corpore multo longiore, supra radicem cinerascente, subtus et versus latera usque ad medium rufescente, reliqua nigra; fascia nigra utrinque e malis verticem versus elongata, alia nigra frontis intermedia cum lateralibus confluente; maculis duabus supra oculos albicantibus.

Longitudo	trunci	1' 1½''	ulnae	3''
	capitis	2⅓''	palmae	1½''
	faciei	¾''	femoris	4''
	caudae	1' 2''	tibiae	3½''
	humeri	3''	plantae	3''

Descriptio. Corpus gracile, supra et extus cinerascens, infra et intus ochraceo-pilosum; vultus et gestus felis; oculi grandes, ignei, noctu tantum inservientes; facies subtilissima, minima, versus malas prosiliens, circa oculos et nasum atra, nudiuscula, infra oculos, in labiis mentoque albo-lanuginosa, vibrissis longioribus nigris et albis intermixtis; supra oculos aut ad latera frontis utrinque macula albicans, larga, triangula; alia macula alba minor ad malas intus; tempora et genae mystace abbreviato griseoque faciem involvente, antrorsum verso ac subdependente dense pilosa; pili dorsi ac quatuor pedum breves, $\frac{1}{2}''$ longi, molles, conferti, in capite et dorso recumbentes, circa faciem antrorsum, in humero extus et femore extrorsum, in reliquis pedibus deorsum vergentes, ad basin nigri, ad apicem fulvi, nigro alboque variegati, aspectu exteriore griseo-olivacei, in medio dorsi vero magis nigricantes vel obscuriores, in cauda ad radicem infra uti in trunco subtus et in pedibus intus ferruginei, ad latera caudae mediae plane ferruginei, supra et infra apice nigri, versus caudae finem fere toti nigri, mystacis gulam versus albicantes, subtus in gula, versus latera colli, in pectore, abdomine, femore et humero intus lanuginoso-ochracei, in brachio et tibia intus et extus concolores; auriculae emarginatae, subpatulae, extus magis quam intus pilosae;

dentes incisivi inferiores paulo longiores quam in specie subsequenti, canini aequales; digiti breviores, graciles; pollex plantae brevior reliquis, oppositus; ungues breviores, attenuati, apice acuti, pollicaris pedis planiusculus, reliquis brevior; altidudo frontis 2.‴

I. LE SINGE DE NUIT À FACE DE CHAT.

Buffon est le premier qui parle d'un singe de nuit, qui lui fut envoyé de Cayenne et qui est cependant disparu de la collection d'histoire naturelle de Paris. Avant lui Gumilla à fait mention d'un animal nocturne Cuscusi de la grosseur d'un chat et sans queue, qui selon la description n'est autre chose qu'un paresseux. C'est Mr de Humbold qui nous à donné la premiére notion sûre. Ce célèbre voyageur donne la description et le portrait d'un singe de nuit qu'il appelle Aotus attendu qu'il est sans oreilles. Notre Nyctipithèque à face de Chat ressemble à celui de Mr de Humboldt par les taches blanches au dessus des yeux et un peu par la couleur du corps cendrée en dessus et fauve en dessous, mais il en diffère en ce que les oreilles sont bien visibles, par les ongles qui sont aigus, par la couleur du nez qui n'a pas la ligne blanche, et en ce que la queue n'est pas la moitie plus longue que le corps. Notre Nyctipithèque a la face d'un chat, le visage très maigre, les pommes au contraire très proëminentes, la bouche grande, les yeux très grands et rouges. La face, le dessous des yeux, les lèvres et le menton sont d'un blanc velouté. Le front porte au dessus des yeux deux taches triangulaires d'un fauve-blanc; des joues et du haut de la tête tombent des poils noirs, qui en se dirigeant en arrière forment trois bandes, et vont se reunir sur le sommet de la tête, dont l'extérieur a commencer des tempes et des joues, est entouré à dehors d'une espèce de favori gris, tourné en avant, qui vient finir sur les côtés du menton. Les oreilles sont très visibles, oblongues, nues et velouties seulement aux bords. Le poil du dessus du corps est très serré, cendré foncé superficiellement, roux et noir à la racine; le dessous du corps et la partie inférieure des cuisses et de l'humerus sont tout poilus et d'une couleur tirant sur le roux; la queue est un peu plus longue que le corps et presque toute noire si ce n'est qu'à son origine elle est d'un roux grisâtre en dessus, et ferrugineuse en dessous. Tous les poils ont une teinte rouge à la racine. Les doigts sont petits, tous les ongles sans exception noirs, très aigus, saillants. Les dents incisives supérieures et moyennes sont plus larges et plus saillantes que les extérieures, les inférieures courtes, presque égales et non écartés des canines, les supérieures sont un peu saillantes. Nous avons trouvé ce singe dans les environs de la capitale de Para et le conservâmes long-temps dans notre menagérie ou il mangeoit du riz.

Species 2. Nyctipithecus Vociferans. Tab. XIX.

Imberbis; corpore toto villoso-lanuginoso; capite rufescenti-brunneo; striis tenuibus e malis versus occiput ascendentibus, nigro-brunneis; macula ad frontis apicem nigricante, brevi, haud confluenti; alia utrinque supra oculum flavicante; cauda corpore vix longiore, ad radicem usque ad partem tertiam ferruginea; digitis palmae plantaeque pedis longioribus.

Longitudo trunci	1′ 2″	ulnae	2″
capitis	3″	palmae	2½″
faciei	″	femoris	4″
caudae	1′ ¾″	tibiae	3½″
humeri	3″	plantae	3″

Descriptio. Corpus gracile quam praecedentis speciei paulo minus, totum brunneum; caput subrotundum; facies circa oculos et nasum fusca, nuda, reliqua pilosa; genae, labia et tota maxilla inferior albo-pilosa; maculae utrinque supra oculos flavicantes, acute triangulae; alia macula flavo-brunnea extus circa oculos semicircularis; macula brunneo-nigra ad apicem frontis; taenia fusca, fere filiformis utrinque extus ad frontem, retrorsum excurrens; pili corporis molliores, conferti, in dorso, ad latera colli et in pedibus ad radicem atri, versus apicem fulvo nigroque variegati, aspectu exteriore brunneo relucentes, in medio dorsi haud obscuriores, in digitis abbreviati, a caudae initio toti ferruginei, in medio et apice extremo nigricantes, colli, pectoris et abdominis lanuginosi, subochracei, conferti, in capite dorso et cauda decumbentes, in pedibus deorsum vergentes; auriculae exsertae, vix subpatulae, extus et intus pilosae; dentes incisivi superiores medii plani, inferiores paulo minores quam in praecedenti specie, canini inferiores minores; ungues paulo crassiores in quam specie praecedenti, manus apice obtusiores, unguis pollicis pedis planior, brevior; cauda corpore vix longior.

Habitat gregarius in sylvis Tabatinga, in limite imperii brasiliani versus Peru.

II. LE BABILLARD BRUN.

Le Babillard brun nocturne ne se distingue du précédent que par sa couleur brune et par sa taille un peu plus petite. Il a la même coûtume de dormir le jour et de se promener dans la nuit, ou il se fait entendre par le bruit babillard qu'il fait en société des autres singes de son espèce. Quoique nocturne et très difficile à chasser, les habitans et particulièrement les Indiens ont déjà l'adresse de le trouver pendant le jour et de le connoître à sa manière de se coucher entre les branches d'arbres. Une fois decouvert il ne s'en fait pas loin, comme la lumiere fait mal a ses yeux tous rouges. Les habitans l'appellent Carai. Ils parlent aussi d'un autre singe nocturne appellé Xupara, dont j'ai reçu un morceau de peau qui me paraît être de la Mustela barbara. Il a deux taches blanches sur le front et une autre un peu plus pâle au dessous des yeux; les rubans noirs du front sont au contraire dans cette espèce brune, en dessus des yeux plus minces, et éfilés et beaucoup plus allongés vers la partie postérieure de la tête; le ruban moyenne ne forme dans celle-ci qu'une petite tache brune; la barbe des joues n'est pas si forte que chez l'autre; tout le poil chez celui-ci est en dessus et en dessous du corps presque de la même couleur brune, et un peu plus pâle sous le ventre. Les oreilles sont presque vetues et elles ne sont pas si longues que dans l'autre; la queue n'est pas si longue, et de la racine presque jusqu' à la moitie elle est rouge, le reste noir. Les doigts grêles portent des poils presque rasés, les ongles sont minces, pointus et saillants. Ces deux singes ressemblent beaucoup au premier coup d'oeil aux Chauve-souris et aux Tarsiers qui se trouvent à Madagascar; car ils ont la taille grêle, la face et les ongles comme les chats, ils sont très timides, retirés, très propres et ils font tout avec une espèce de delicatesse. Probablement on trouvera encôre d'autres espèces de ces singes, qui semblent remplacer en Amérique les singes si merveilleux de Madagascar. Il habite les forêts de Solimöens près du Tabatinga et Mainas.

Familia I. TRICHURI.

Genus 6. Midas, *Geoffroy, Humboldt.*
Sagoin, *Buffon, Audebert.*
Hapale, *Illiger.*
Simia Midas, *Linné, Schreber.*

CHARACTER ESSENTIALIS.

Cauda non volubili, gracili, elongata, non annulata.

Descriptio. Simia diurna, agilis, saltatoria. Corpus exiguum, gracile, supra et subtus sericeo-pilosum, sciureo simile; caput oblongum, ad latera subcompressum; cranium depressum, planiusculum; facies gracilis, brevissima, recta, apice subobtusa; aures patulae, emarginatae; dentes canini supra infraque 2, breves, tenues, aequales, subexserti, incisivi supra infraque 4, superiores a caninis remoti, medii planiusculi, antrorsum subobliqui, inferiores contigui, breviusculi, approximati, versus apicem planiores, antrorsum subobliqui, molares supra infraque 10, subcuspidati; maxilla inferior postice non elevata, apice subobtusa; quatuor pedum digiti uti in Iaccho graciles, breves, pollex plantae pedis minutus, valde retropositus; ungues falculares, curvi, prosilientes, postice largi, apice acuti, unguis pollicis plantae pedis tegularis, longiusculus, planiusculus; cauda corpore longior, non volubilis, annulis alternis non insignis, tenuis.

Species 1. Midas fuscicollis. Tab. XX.

Capite, collo, pectore, abdomine et quatuor pedibus brunneo-rufescentibus; dorso posteriore fulvo nigroque fasciato sive variegato; cauda nigra.

Longitudo	trunci	11''	ulnae	1$\frac{3}{4}$''
	capitis	2''	palmae	2''
	faciei	1''	femoris	3''
	caudae	1'3''	tibiae	3''
	humeri	2$\frac{1}{4}$''	plantae	2$\frac{1}{4}$''

Descriptio. Corpus gracile, sciureum, supra et subtus aeque sericeo-pilosum; caput ferrugineo variegatum; collum rufescens, vel nigro-rufescens; pili corporis a radice usque ad medium nigri, versus apicem, in capite, abdomine, pedibus posterioribus intus, subtus ad caudae radicem rufescentes, in collo, pectore et pedibus anterioribus rufo nigroque annulati, in dorso posteriore apice flavo fulvoque maculati nigroque terminati, in dorso $\frac{3}{4}$'' longi aeque ac in capite et cauda recumbentes, in manibus pedibusque breves, rufescentes pilisque nigris intermixti, in cauda breviores, nigerrimi, apressi; facies, praecipue circa labia et mentum, albo-lanuginosa, vibrissis nigris rarioribus variegata; auriculae patulae, emarginatae, subpilosae, atrae, minores quam in praecedente specie; cauda gracilis corpore multo longior; ungues falculares, rufo-nigri, valde arcuati, longi et prosilientes, ad latera compressi, versus apicem attenuati, acuminati, pollicaris pedis tegularis, minutus, subplanus; angulus facialis 42;'' altitudo frontis 2$\frac{1}{3}$.''' Vitam degit prope pagum St. Pauli sive Olivença in sylvis flumina Solimöens inter et Iça intermediis.

I. LE TAMARIN À TÊTE ET HAUSSE-COL BRUNS.

Les Brésiliens appellent tous les petits singes, qui ressemblent à Écureuil, Sauhy, et les distinguent selon leurs différentes couleurs. Les auteurs français leur ont donné les noms de Tamarins et d'Ouistitis. Tous ces singes sont à peu près aussi petits les uns que les autres; ils ont le corps couvert en dessus et en dessous d'un poil soyeux, reluisant, concentré et deprimé; la queue est grêle, peu touffue, plus longue que le corps, la face très grêle, presque toute droite. Les oreilles larges et proëminentes ressemblent un peu à celles des chauves-souris; ses dents molaires sont au nombre de cinq de chaque côté des mâchoires, les canines peu fortes, égales et un peu tournées en arrière, les incisives supérieures moyennes plattes et un peu tournées en avant; les deux branches de la mâchoire inférieure sont plus raprochées et ne s'é largient pas autant en arrière. Les ongles sont très grêles, très aigus, courbés et saillants, comme chez les chats, le grand doigt du pied est tout petit, reculé et couvert d'un petit ongle un peu applati. Les singes qui n'ont pas la queue annelée, portent le nom de Tamarin, les autres celui d'Ouistiti. Le Tamarin à tête et hausse-col bruns est déjà signalé par le même caractère. Sa tête est brun-rouge parsemée de poils noirs, la couleur des 4 pieds et le dessous de son corps sont d'un roux brun, plus ou moins foncé. Le dos postérieur est alternativement tacheté ou bandelé de fauve et de noir, et rouge à sa base. Le mâle diffère de la femelle en ce que son hausse-col et les pattes sont d'un brun plus foncé et les pattes postérieures tirent sur le noir, tandis que les jambes sont d'un roux plus vif. On les distingue d'après leur queue qui est annelée ou non.

Species 2. Midas nigricollis. Tab. XXI.

Corpore medio anteriore supra et subtus, manibus plantisque nigris; trunco dorsi posteriore nigro castaneoque maculato; pedibus posterioribus caudaeque radice castaneis; labiis mentoque albo - pilosis.

Longitudo	trunci	9″	ulnae	2″ 2‴
	capitis	2¼″	palmae	1″ 4‴
	faciei	1″	femoris	3″
	caudae	1′ 3″ 2‴	tibiae	2¼″
	humeri	2″	plantae	2¼″

Descriptio. Corpus speciei praecedenti et subsequenti simile ac intermedium, ab utrisque vero femore tibiaque castaneis, ungue tegulari pollicis longiore et angustiore, a priore manibus plantisque nigris, dentibus incisivis superioribus mediis planioribus, pilis dorsi in radice nigris, in capite et collo ad radicem fuscescentibus, auriculis minus pilosis, mystace labiorum vix conspicuo diversum. Mas, foemina et juvenis non differunt. Angulus facialis 59°, cerebralis 41½°; altitudo frontis 2½‴

Habitat prope ripam septentrionalem fluminis Solimöens in sylvis ab Indiis Tocunas inhabitatis et pago Olivença confinibus

II. LE TAMARIN À HAUSSE-COL ET PATTES NOIRES, ET À JAMBES CHÂTAINES.

Toutes ces sortes de singes se ressemblent, mais les Indiens distinguent avec raison le présent du precédent et du suivant comme des espèces particulières. J'ai plusieurs individus de la présente

espèce tant mâles que femelles, tous sans exception, malgré les différents âges portent en dehors des jambes le même caractère, c'est à dire, ils ont cette partie couverte d'un poil roux-châtain, tandis que la moitié antérieure du corps est toute noire; la queue et les pattes sont d'un noir très luisant. Ils ont aussi les dents incisives supérieures plus larges, les ongles plus gros, celui du grand doigt du pied un peu plus effilé, et les oreilles plus tronquées au bord que le précédent.

Species 3. Midas mystax. Tab. XXII.

Capite, collo, pedibus anterioribus, plantis pedum, corpore subtus et cauda nigris; dorso posteriore, femore et tibia aureo-rufescentibus; labiis nasoque apice albis; labio superiore mystace longo albo ornato.

Longitudo trunci	$10\frac{3}{4}''$	ulnae	$2\frac{1}{2}''$
capitis	$2''$	palmae	$1\frac{3}{4}''$
faciei	$\frac{1}{2}''$	femoris	$2''$
caudae	$1'\,4\frac{1}{3}''$	tibiae	$2\frac{1}{2}''$
humeri	$2''$	plantae	$2\frac{1}{2}''$

Descriptio. Corpus quam in praecedenti specie nec non Nigri- et Ruficolli maius; cauda tota nigra, media parte longior, quam corpus, pili dorsi molles, relucentes, $\frac{1}{3}''$ longi, ad radicem albicantes, ad medium nigri, ad apicem, praecipue dorsi posterioris, femoris et tibiae extus aureo-rufescentes, capitis, pedum anteriorum, femoris et tibiae intus, praesertim plantarum breviores, toti nigri, colli, pectoris, abdominis ad radicem sordide albi, versus superficiem toti nigri, caudae supra ad originem rufi, reliqua parte breviores, nigerrimi, labii superioris et inferioris aeque ac circa genitalia, praecipue ad latera labii superioris longiores, mystacei, nares versus breviores, albi, ad medium juguli et menti nigri; facies atra, circa oculos nigro-lanuginosa, in medio nasi nigro-pilosa; dentes incisivi superiores medii subplani, apice antrorsum subobliqui, inferiores contigui, approximati, canini exserti; auriculae patulae, emarginatae, nigro-pilosae; ungues brunneo-nigricantes, compressi, arcuati, apice subacuti, unguis pollicis pedis tegularis, brevis, planiusculus, subrotundus. Angulus facialis $58\frac{1}{2}°$, cerebralis $43°$; altitudo frontis $3'''$. Mas et foemina statura, colore et mystacis longitudine non discrepant.

Habitat in sylvis flumina inter Solimöens et Iça.

III. LE TAMARIN À MOUSTACHE.

Les Tamarins précédents portent tous des poils blancs et roides aux lèvres et au menton, mais non pas si longs et si semblables à une moustache que celui-ci. Le bout de son nez est pareillement tacheté de blanc. La moitié antérieure de son corps, les quatre pattes, le dessous du corps sont tous noirs, ainsi que la queue, si on en excepte la racine qui est d'un brun rougeâtre. Tout le poil du dos est blanc à sa racine, ce qui le fait distinguer des autres espèces précédentes. Sur les parties sexuelles se trouve aussi une espèce de pinceau de poils blancs. Les ongles sont courbés, gros et aigus au bout; l'ongle du doigt des pieds postérieurs est passablement large. Le mâle ne diffère pas de la femelle. Toutes ces trois espèces se trouvent près d'Ollivenza dans le voisinage d'une petite rivière noire (Parana bijuna), dans le pais des Tocunas moyen entre le Solimöens et l'Iça.

Species 4. Midas Oedipus. *(Varietas.)* Tab. XXIII.

Dorso, humero femoreque extus fulvo nigroque maculatis; capite posteriore, nucha, cauda ad initium castaneis; corpore subtus, quatuor pedibus capiteque anteriore albissimis; reliqua cauda nigerrima; ungue pollicari pedis falculari, ab illis caeterorum digitorum haud diverso.

Longitudo trunci	$11\frac{1}{4}''$	ulnae	$3\frac{3}{4}''$
capitis	$1\frac{3}{4}''$	palmae	$1''\ 11'''$
faciei	$\frac{1}{2}''$	femoris	$2''\ 9'''$
caudae	$1'\ 3\frac{1}{2}''$	tibiae	$2\frac{1}{4}''$
humeri	$2\frac{1}{4}''$	plantae	$2\frac{1}{4}''$

Descriptio. Corpus gracile, statura speciei antecedentis; pili omnes sericei, decumbentes, dorsi, humeri, femorisque extus sublongi, nigro fulvoque fasciati, ad basin nigri, ad superficiem fulvo nigroque annulati, occipitis medii, nuchae caudaeque initii rufo-castanei, humeri ad marginem anticum, femoris ad marginem posticum aeque castanei, in medio frontis, in vertice, humero, femore intus, in quatuor pedibus, exceptis humero et femore extus, in corpore toto subtus albissimi, dorsalibus breviores; caput ad latera verticis, ad tempora, frontis apicem, aeque ac facies tota atra, albo-lanuginosa; auriculae obtusius emarginatae, nigro subpilosae; cauda ab initio parte vix quarta castanea, reliqua tota nigra; ungues digitorum, pollicares quoque manus pedisque aequales, falculares, crassi, acuminati, compressi, nigro-fusci.

Habitat, ut opinor, in provincia Guiana.

IV. L'OUISTITI PINCHE.

Mr. de Humboldt en décrivant ce singe sous le nom du Titi de Carthagène dit de lui et avec raison, qu' on a de la peine à le reconnoître dans les mauvais portraits et figures qui en ont été données jusqu' à présent, d'après des individus mal empaillés (Recueil d'Observations de Zoologie pag. 338). En regard que l'individu, que j'ai sous les yeux, n'a aucun rapport avec les dessins publiés jusqu' ici, je ne crois pas mal à propos de le faire représenter ici. Le Pinche a le milieu du front et le dessous du corps couvert de poils blancs, plus ou moins courts. L'occiput et la nuque sont ainsi que la queue à la quatrième partie dès sa racine d'un roux châtain, le dos, l'humerus et le femur noirs, tachetés de fauve. Le poil du dos est, dès sa racine jusqu' à la moitié, noir, puis fauve, et noir à son extrémité. Celui qui couvre sa queue est rouge à la racine, et du reste tout noir. Le sommet de la tête, les tempes, les oreilles sont nues, et les dernières obtusement tronquées; toute la face, le bout du front et la gorge sont noirs, mêlés d'un blanc presque lanugineux; la region de l'anus et des parties sexuelles sont nues; quelques poils roides et noirs couvrent le dessus des yeux et les lèvres; tous les ongles sont très recourbés et saillants, même celui du grand doigt des pieds postérieurs. C'est une femelle que je viens de décrire. Ces singes habitent vraisemblablement dans la Guiane.

Species 5. Midas bicolor. Tab. XXIV. Fig. I.

Capite, nucha, collo, pectore et pedibus anterioribus albis; trunco et pedibus posterioribus extus brunneis, intus rufescentibus; cauda et abdomine ferrugineis.

Longitudo trunci	$7''$	ulnae	$\frac{3}{4}''$
capitis	$1\frac{1}{2}'$	palmae	$1''$
faciei	$5'''$	femoris	$1\frac{1}{2}''$
caudae	$9''$	tibiae	$1\frac{1}{2}''$
humeri	$1\frac{1}{2}''$	plantae	$1\frac{3}{4}''$

Descriptio. Corpus gracillimum; cauda rufa, corpore longior; pili capitis, colli, pectoris et pedum anteriorum integre albi, humeri et brachii ad marginem posticum nonnihil rufescentes, dorsi posterioris ad radicem nigri, in medio ferrugineo nigroque annulati, versus apicem cinerascente-brunnei, ad caudae radicem ferruginei, abdominis et pedum posteriorum intus ferruginei, digitorum plantae pedis cinerascente-ferruginei; facies nigricans, ad latera albo-subpilosa; auriculae patulae, emarginatae, vix pilosae; oculi rubicundi; digiti gracillimi; ungues compressi, falciformes, breviores, brunnei, pollicaris pedis longiusculus, haud planus.

Reperitur in campis sylvestribus prope pagum Rio Negro.

V. LE TAMÀRIN À MOITIÉ BLANC.

L'Ouistiti Mico, que Mr de la Condamine a apporté du Para et que Mr de Buffon a publié, ressemble un peu au nôtre, mais il en diffère en ce que le Mico est tout blanc, et que le nôtre ne l'est pas qu' à moitié. La tête, la nuque, l'avant dos, les pieds antérieurs et le dessous de l'avant corps sont blancs de neige, la moitié postérieure du corps brun-grise, la queue et le dedans des pieds postérieurs rouges. Les poils du dos et de la queue sont noirs à leur racine, brun-melangés au milieu, et roux au bout. Cette espèce de singes a la face et la gorge noires et mêlées de blanc lanugineux; les ongles sont minces et courts. Au prémier coup d'oeil on croiroit voir le furet au quel il ressemble par sa taille, quoique du reste il en diffère beaucoup. Il se trouve près du village de Rio Negro.

Familia I. TRICHURI.

Genus 7. Iacchus. *Geoffroy, Humboldt.*
Sagoin, *Buffon, Audebert, Cuvier.*
Hapale, *Jlliger.*
Simia, *Linné, Schreber.*

CHARACTER ESSENTIALIS.

Cauda non volubili, gracili, elongata, annulata.

Descriptio. Simia diurna, agilis, saltatoria; corpus exiguum, gracile, supra et subtus sericeo-pilosum, sciureo haud dissimile; caput subovatum, ad latera subcompressum; cranium depressum, planiusculum, elongatum; facies tenuis, brevissima, recta, apice acuta; vultus subnudus; visus antrorsum vergens; aures patulae, emarginatae; cauda non volubilis, tenuis, corpore longior, apice non calva, annulis alternis numerosis distincta; dentes canini supra infraque 2, tenues, subaequales, mediocres, incisivi supra infraque 4, superiores arcuatim positi, approximati, breviores, intermedii planiusculi, subprominentes, inferiores magis elongati, approximati, caninis contigui, elliptice positi; molares supra infraque 10 recti, tricuspidati pedes posteriores anterioribus longiores; digiti palmae plantaeque graciles, longiores; pollex pedis valde remotus, brevissimus, suboppositus; ungues compressi, longi, tenues, falculares, pollicares pedum minuti, planiusculi.

Species 1. Iacchus pygmaeus. Tab. XXIV. Fig. II.

Corpore pusillo, supra fulvo cinereoque variegato, subtus rufescente; capite brunneo-variegato; pilis capitis, praecipue ante aures longioribus, retroversis, auriculas obtegentibus; cauda corpore longiore, ad radicem fulva, reliqua nigro fulvoque annulata.

Longitudo	trunci	$5\frac{1}{2}''$	ulnae	$1''$
	capitis	$1\frac{1}{2}''$	palmae	$\frac{1}{2}''$
	faciei	$4''$	femoris	$1''$
	caudae	$6''$	tibiae	$1''$
	humeri	$\frac{3}{4}''$	plantae	$1\frac{1}{2}''$

Descriptio. Corpus gracillimum; pili capitis, dorsi et quatuor extremitatum ad radicem nigri, in medio fulvi, versus apicem nigro alboque variegati, 7''' longi, in capite versus auriculas longiores easque obtegentes, in cauda nigro, fulvo alboque variegati annulis vix conspicuis, in manibus pedibusque brevissimi, rufi; facies atra, circa oculos et nasum nudiuscula; dentes canini superiores medii prominentes, exterioribus vix largiores; auriculae minutae, fulvo-subpilosae, ad medium acuminatae; ungues minimi, albicantes, falciformes, pollicaris pedis planiusculus, minutissimus vix conspicuus.

Habitat in pago munito, limitropho Tabatinga ad ripas fluvii Solimöens.

I. L'OUISTITI MIGNON.

Les Ouistitis diffèrent des Tamarins par la queue qui n'est pas uniforme, mais annelée de fauve ou de blanc; c'est la petitesse qui distingue encore l'Ouistiti Mignon de tous les singes;

car jusqu' ici on ne connoit pas un plus petit que celui-ci; son poil est presque semblable à celui de l'Ouistiti vulgaire; il est en dessus d'un fauve-brun, le bas du dos et la queue sont noirs et annelés de fauve. Le dedans et le dessous des pieds postérieurs est brun. les pattes sont ferrugineuses et les poils du devant des oreilles bien longs et retombants par dessus des oreilles mêmes; tous les poils sont à moitié noirs à leur racine. fauves à leur milieu, et noirs au bout; les dents incisives, principalement les inférieures, sont bien longues et éfilées, les ongles jaunes, très petits et raccourcis; le doigt du grand pied postérieur est par sa petitesse presque invisible; la face est extrêmement grêle et, ainsi que le menton, nue et colorée de chair. Ce singe, quoique petit, est extrêmement méchant et ne se laisse pas approcher sans mordre. Ie l'ai reçu vivant des forêts de Tabatinga, mais il vécut peu de semaines et mourit de melancolie.

Species 2. Iacchus albicollis. Tab. XXV.

Penicillis auricularum, occipite, nucha et collo albicantibus; capite anteriore brunneo, pilis albis intermixtis.

Longitudo	trunci	10″	ulnae	2″
	capitis	$2\frac{1}{2}$″	palmae	$1\frac{1}{2}$″
	faciei	9‴	femoris	$2\frac{3}{4}$″
	caudae	11″	tibiae	$2\frac{1}{2}$″
	humeri	3″	plantae	2″ 2‴

Descriptio. Corpus subgracile; cauda corpore vix longior; dorsum medium nigro fulvoque variegatum, posterius annulis transversis nigro-albis striatum; nucha flavido-albicans; quatuor pedes et corpus subtus cinerascentes; collum albicans; macula alba triangularis in apice frontis; penicillus ante auriculas albus, erectus; labia mentumque albo-lanuginosa; cauda albo nigroque annulata, annulis 17, apice albicans; tempora et malae albicantes; pili dorsi, caudae et pedum ad radicem nigri, in medio fulvi, in apice nigro alboque fasciati, $\frac{3}{4}$″ longi, in nucha ad radicem brunnei, ad apicem flavido-albicantes, in temporibus et collo cinerascenti-albicantes, in pedibus et cauda albo-cinerascentes, pectoris et abdominis ad radicem nigri, ad apicem albicantes, capitis, excepta macula in frontis apice alba, brunnei, albis intermixtis; auriculae nigro-subpilosae; facies atra, vibrissis nigris rarioribus obsita; dentes incisivi inferiores elongati, medii porrecti, superiores breviores, medii sublargi; dentes canini aequales, superiores exserti, longiores quam illi in Iaccho vulgari et penicillato; ungues brunnei, falciformes, pollicaris pedis brevis, planiusculus, subrotundus.

Habitat in sylvis prope urbem Bahia.

II. L'OUISTITI À PINCEAUX ET HAUSSE-COL BLANCS.

Ie n'ai trouvé dans tout le Brésil que deux espèces de ces petits singes à queue annelée que les habitans nomment particulièrement Sauhy, savoir, celui qui a des pinceaux de poils blancs devant et derrière les oreilles, et celui dans lequel ces mêmes pinceaux sont noirs. Ces deux espèces sont bien différentes, et ne se trouvent que dans des Provinces distantes; je n'ai jamais vu l'Ouistiti à pinceaux blancs dans les Provinces de Rio de Ianeiro ou de Minas Geraes, mais

*ce fut à **Bahie** que je l'ai chassé la première fois. Il vit toujours en troupes et aime visiter même les iardins près de la ville. Peut-être toutes les diverses espèces, que fait Mr. **Geoffroy** (Iacchus auritus, leucocephalus, humeralifer, et même celle qu'il nomme Ouistiti à hausse-col blanc), ne sont que des variétés de l'Ouistiti vulgaire, qui est pourtant mal représenté avec des pattes blanches chez **Audebert**. L'Ouistiti vulgaire diffère cependant du nôtre en ce que le premier a la tête brun-noire, le notre au contraire l'occiput, la nuque et le tour du cou entiérement d'un blanc moins sale. I'ai les deux espèces bien empaillées devant les yeux et je ne trouve point d'autre distinction que celle déjà citée. Le poil du dessus du corps est noir à sa base, fauve-roux au milieu, noir et blanc vers le bout; le dessus de l'avant dos est de couleur mêlée de fauve et de noir, les reins ensuite sont circulairement nuancés, puis se forment successivement des anneaux fauves, noirs et blancs qui deviennent sur la queue alternativement blancs et noirs; le dessous du corps et l'extérieur des quatre pieds sont plus ou moins gris cendré, et les poils des doigts un peu ferrugineux. Le haut du front porte une tache blanche triangulaire; le dessus de la tête est d'un brun varié avec des poils blancs. Ie n'ai pas trouvé une différence de couleur entre le mâle et la femelle empaillés; la nuque, les pinceaux, dont l'un est placé devant l'oreille, et l'autre derrière elle, ainsi que les poils des joues, sont entiérement blancs; le hausse-col du cou est blanchâtre; les lèvres et le menton sont bordés de poils blancs, roides et courts; la gorge est peu poilue. Il se trouve à **Bahie**.*

Species 3. Iacchus penicillatus. Tab. XXVI.

Corpore cinereo; dorso posteriori et cauda albo nigroque fasciatis; capite nigro-brunneo; nucha, collo pectoreque nigricantibus; penicillis ante et pone aures nigris; macula alba in apice frontis; manibus pedibusque brunneis.

Longitudo	trunci	10″	ulnae	2″
	capitis	2″	palmae	1″
	faciei	$\frac{1}{2}$″	femoris	2″
	caudae	11″	tibiae	$2\frac{1}{2}$″
	humeri	$1\frac{3}{4}$″	plantae	2″

Descriptio. Corpus statura et habitu speciei praecedenti simile; penicillus auriculae anticus niger, longus, transversus, posticus aeque niger, brevis, decumbens; vertex brunneus; frons, occiput, collum et pectus pallio nigro quasi induta; frons in medio apicis macula triangulari alba notata; labia et septum narium albo-lanuginosa; malae pilosae, albicantes; dorsum anterius et pedes anteriores nec non abdomen albo-cinerascentes, posterius albo nigroque fasciatum; cauda nigra, albo annulata; annuli caudae 20; regio circa genitalia nigra; pili corporis decumbentes, dorsi et quatuor pedum $\frac{3}{4}$″ longi, ad radicem nigri, in medio ferruginei, versus apicem nigro alboque annulati, capitis, manus pedisque breviores; oculi aureoflavi; pili manus pedisque in mare brunneo-nigri, in foemina brunnei, in juvene caput, truncus et femora intus pallide flava vel fulva, manus pedesque cinereo-brunnei, nucha jugulumque nigricantia, penicilli auriculares breviores, nigricantes.

Habitat in sylvis provinciae **Minas Geraes** minus altis, **Catinga** nomminatis; victitat insectis, fructibus Guyave, Coiete etc.

III. L'OUISTITI PINCEAU.

Ce singe est un des plus communs au Brésil, principalement dans les provinces de Rio de Ianeiro et de Minas Geraes; quoiqu'il ne soit pas rare, il n'est pas encore figuré; c'est la raison pourquoi j'ai cru necessaire de donner ici le dessein exact de cette espèce. Elle a par devant un pinceau de poils longs noirs, et derrière les oreilles un autre pinceau, formé de poils de la même couleur mais moins longs. Ces singes portent au haut du front une tache blanche triangulaire; le dessus de la tête a des poils bruns noirs qui autour du cou sont presque tous noirs; les joues ont un brun clair, les lèvres et le menton de poils blancs, roides, courts, et mêlés d'autres, qui sont noirs. Le dos est, principalement vers la queue, annelé de noir et de blanc; les anneaux de la queue sont éloignés entre eux les uns des autres; les quatre pieds sont cendrés en dehors, et d'une couleur plus fauve-brune en dedans. Les pattes du mâle sont plus foncées que celles de la femelle, quoique chez l'un et chez l'autre elles soyent brunâtres; tout le poil est noir à sa racine, roux fauve ensuite, et grisâtre vers son extrémité; celui de la tête et du cou est noir chez les adultes, et la tache triangulaire du front brune dans les jeunes. Les yeux sont d'un fauve d'oré. Il se trouve toujours en troupes, et la femelle ne porte pas le jeune attaché à son ventre ou à son dos, comme cela font les singes à queue nue.

Familia II. GYMNURI.

Genus 9. Brachyteles.

CHARACTER ESSENTIALIS.

Subpentadactylus, longimanus, larynge non tuberoso.

Descriptio. Corpus robustum, grande, sublanuginosum; quatuor pedes, praesertim anteriores, elongati; cauda prehensilis, subtus apicem versus ad tertiam partem calva, corpore haud brevior; facies subprominula, quadrangula, ad radicem nasi concava; cranium tuberosum, rotundum; nares oblongae, antrorsum versae, septo tenui separatae; gula non protuberans; maxilla inferior postice subelevata; musculus temporalis verticem capitis non attingens; palmae plantaeque praelongae; digiti breviores; pollex manus muticus, vix conspicuus, a reliquis digitis remotissimus, postice collocatus; mammae pectorales circum nudae; penis glandiformis; clytoris brevis, crassa, ovata, vix prominula, pilis tecta; dentes omnes obtusi, canini in utraque maxilla 2, mediocres, vix exserti, superiores paululum crassiores, incisivi in utraque maxilla 4, in linea subrecta positi, non prominuli, breves, aequales, approximati, superiores a caninis paululum remoti, molares utriusque lateris 6, quorum anterior unicuspidatus, reliqui in superficie undulati.

Species 1. Brachyteles macrotarsus. Tab. XXVII.

Miriki, Mono, *Brasiliensibus.*
Ateles Hypoxanthus, *Neuwied.*
Lagothrix, *Humboldt, Geoffroy.*

Imberbis; corpore robusto, lanuginoso - piloso, cinerascenti-fulvo; cauda flavo - vel brunneo - ferruginea; caudae radice femoreque postice rufis; auriculis obtusis, nigricanti-pilosis; palmis, praecipue plantis pedis praegrandibus; digitis ferrugineo-pilosis.

Longitudo trunci	1′ 11″	ulnae	$6\frac{3}{4}$″
capitis	4″	palmae	5″
faciei	$1\frac{2}{3}$‴	femoris	$8\frac{1}{3}$″
caudae	2′ 2″	tibiae	$3\frac{3}{4}$″
partis calvae	10″	plantae	$6\frac{3}{4}$″
humeri	$8\frac{3}{4}$″		

Descriptio. Corpus robustum, dense pilosum, pallide flavo-cinereum, subtus dense lanuginosum; pedes, praesertim anteriores, palmae et plantae pedum valde elongatae; cauda rufescenti-cinerea, corpore longior, subtus ad tertiam partem apicem versus calva; pili dorsi et pedum $^{1}/_{3}$″ longi, molles, conferti, ad radicem atri, versus apicem flavescenti-brunnei vel nigro-fusci, in capite breviores in fronte et in femore postice rufi, in

reliqua cauda uti et in reliquo pede posteriore extus flavo-vel brunneo-ferruginei, in digitis ferruginei, in brachio anteriore retrovergentes, in mento, gula, pectore et abdomine lanuginosi, pallide ochracei; facies incarnato-cinerascens, ovata, circa oculos et nasum nudiuscula, in malis, buccis et mento pilosa, in labiis et ad radicem frontis vibrissis nigris obsita; nares longiusculae, antrorsum versae, septo tenui separatae; capitis vertex planus; auriculae porrectae, rotundatae, ad radicem emarginatae; dentes breves, obtusiusculi, infra colore nigro tincti, canini mediocres, obtusiores, incisivi breves, paralleli, approximati, inferiores contigui; maxilla inferior postice elatior; planta pedis nuda, elongata; mammae adultorum pectorales dilatatae, circum nudae; digiti breves, robusti, subaequales; pollex pedis postice remotus, distans; pollex manus verruciformis, remotissimus, vix conspicuus, exunguiculatus; ungues validi, lateraliter compressi, nigri, subarcuati, apice obtusi, pollicaris pedis posterioris brevis, planus; regio circa anum et partem femoris posticam nuda; clytoris pilis rufescenti-nigris tecta, obtusa, vix protuberans.

Habitat in sylvis plus minusve maritimis Provinciarum St. Pauli, Rio de Ianeiro, Espirito Santo et Bahiae.

I. LE COURT-POUCE À LONGS BRAS.

*Mgr. le **Prince de Neuwied** étoit le premier, qui a apporté en Europe cette espèce de singes. Plusieurs collections, qui la possédent, la doivent à la bonté de cet illustre aimateur de l'histoire naturelle. Mr. **Kuhl** affirme, que ce singe est placé au Musée de Paris sous le nom de Lagothrix de Mr. de **Humboldt** et **Geoffroy** (Beiträge zur Zoologie S. 25). Nous l'avons trouvé dans les forêts maritimes des Provinces de St. **Paul**, de **Rio de Janeiro** et de **Bahie**, ou les habitans lui donnent le nom **Miriki**. En le rencontrant la première fois nous étions frappés de sa figure, croyant au premier coup d'oeil que ce n'est pas un singe du Brésil, mais plutôt de l'ancien continent. En verité, le cloison du nez moins gros, les ouvertures nasales tournées en avant et la nullité du derrière des cuisses sont des caractères qui ne se trouvent qu'aux singes de l'ancien monde. Mgr. le **Prince de Neuwied** l'a placé sous la dénomination **Ateles hypoxanthos** dans le genre **Ateles**, duquel il s'approche tant par la longueur des bras, tant par la queue calleuse en bas vers son extrêmité. Cependant comme le dernier genre porte le nom d'après l'absence totale du pouce, et le notre au contraire, ainsi que l'Ateles Chamek, en est pourvu, nous avons créé le nouveau genre **Brachyteles** ou Court-Pouce.*

*Notre espèce a les bras et aussi les tarses extrêmement longs, les premiers proportionellement grêles, mais le corps bien gros. Le pouce de la main n'est qu'un rudiment très petit et très retiré des autres doigts. Mgr. de **Neuwied** et Mr. **Kuhl** ne disent pas, si le pouce est pourvu de l'ongle ou non; l'auteur du dernier tome de l'Encyclopédie (**Desmarest** Mammalogie pag. 72) avoue pourtant que le pouce est pourvu d'un ongle. Notre Musée Brésilien posséde trois individus, et tous les trois sont dépourvus d'ongle. Le pelage au dessus de son corps est court, un peu épais, d'un brun clair, plus roux de feu à la racine, au derrière des cuisses et des jambes du pied postérieur, et sur les doigts de la main et à la queue. Les poils de la tête sont un peu foncés, mais plus clairs en dehors et autour de la face. Le visage est oblong, nu, de la couleur de chair, mêlée du cendré, très concave au bout du front, et porte sur les lèvres, principalement sur le bout du front et aux sourcils de poils longs noirs, roides; le crane est bien large et voûté; les oreilles sont bien visibles, tronquées au bord, pelues, d'un brun foncé au bas et de derrière, les mâchoires inférieures à l'angle posté-*

rieur médiocrement montantes. On compte dans chaque mâchoire douze dents molaires, dont la surface est ondulée; les canines sont obtuses, égales et ne pas prononcées, les incisives courtes, obtuses, placées presque paralleles; toutes les dents sont noires à leur base. Les parties femelles portent un faisceau de poils brun-noirs. Tout le dessous du corps, excepté le tour des mamelles nues et la queue forte, nue presque à moitié au bout du bas, est pelu, ou plutôt laineux et d'un brun très clair. Les doigts sont de médiocre grandeur, les ongles forts, triangulairs, un peu courbés, noirs et presque obtus au bout, celui du pouce des pieds postérieurs raccourci, mais très applati comme chez les singes de l'ancien continent. Ce gros singe se tient aux forêts maritimes des Provinces de St. **Paul** *jusqu' à* **Bahie.** *Ils vont toujours en troupes et font retentir l'air pendant toute la journée de leur voix claquante; après avoir observé le chasseur, ils grimpent toute de suite au sommet des plus hautes arbres, et sautent très vite et tout silencieux d'une branche à l'autre.*

Familia II. GYMNURI.

Genus 10. Gastrimargus.

CHARACTER ESSENTIALIS.

Pentadactylus, sublongimanus, larynge non tuberoso.

Descriptio. Simia imberbis, gulosissima; corpus robustum, supra et infra pilis brevioribus, mollibus, subtus in medio pectore longioribus dense vestitum; ventriculus quam maxime protuberans; collum retractum; cauda crassa, corpore longior; caput grande; cranium largum, rotundatum, in fronte depressiusculum; facies atra, cranio duplo brevior; nasus concavus, abbreviatus; dentes canini in utraque maxilla 2, validi, retrovergentes, inferiores superioribus minus fortes, incisivi utriusque maxillae 4, aequales, paralleli, fere cylindrici, approximati, contigui, molares in utraque maxilla 12, quorum tres anteriores uni-vel bi-cuspidati, reliqui quadricuspidati; maxilla inferior, uti in praecedente specie, postice parum ascendens; auriculae obtusae; gula et os hyoideum nequaquam tumida; pedes anteriores non nihil elongati, posterioribus sublongiores; tylia tecta; testiculi haud exigui; penis retractilis; clytoris, uti in specie antecedente, brevis, obtusa, vix prominens.

Species 1. Gastrimargus olivaceus. Tab. XXVIII.

Olivaceus, pilis trunci, caudae et quatuor pedum murinis, olivaceo-virescentibus vel canis, brevissimis, densissimis, in capite, pectore, manibus, plantis, nec non cauda supra brunneo-nigricantibus; facie extus cum capite pilis concoloribus circumcincta.

Longitudo	trunci	1′ $7\frac{1}{2}$″	ulnae	$6\frac{3}{4}$″
	capitis	4″	palmae	4″
	faciei	2″	femoris	8″
	caudae	2′ 4″	tibiae	$7\frac{3}{4}$″
	partis calvae	$8\frac{1}{2}$″	plantae	$6\frac{1}{4}$″
	humeri	$7\frac{1}{2}$″		

Descriptio. Corpus robustum, crassum; cauda crassa, corpore longior, apicem versus ad tertiam partem subtus calva; quatuor pedes subelongati; pili trunci corporis velutini, ad radicem grisei, ad apicem olivaceo-albicantes, in medio fasciis duabus nigris annulati, in capite, ad latera caudae, in manibus plantisque pedum, in abdomine et circa genitalia, exceptis gula et pectore, brunneis, in trunco nigro-brunnei, in dorso, fronte et malis recurrentes, in nucha et capite antrorsum, in brachio externo extrorsum vergentes, praecipue in capite brevissimi, densissimi, sub abdomine, ad lumbos dorsi, ad latera femoris humerique interiora, nec non in cauda subtus longiores; facies nigra, obtusa et quasi quadrangularis, lanuginosa, cranio crasso et longiore multo minor, ad buccas, mentum et labium inferius pilis brevissimis

et vibrissis nigris obsita, supra et circa oculos nudiuscula, ad radicem narium impressa, orbitis et malis protuberantibus; nasus inter oculos admodum impressus; oculi mediocres, brunnei; dentes canini subfortes, superiores ab incisivis paululum remoti, longiores, retroversi, incisivi inferiores cylindrici, approximati, subbreves, aequales, superiores approximati, semicirculares, subobtusi, medii planiores; auriculae brunneo-pilosae, obtusae, quasi truncatae, extus vix conspicuae; pollex pedis a reliquis remotus, pollex manus brevior, approximatus; ungues nigri, ad latera compressi, subadunci nec non triquetri, pollicares pedum plani et rotundati; membrum virile validum, apice membranoso-dilatatum ac disciforme; collum abbreviatum, crassiusculum. Foemina, pullus et juvenis eodem colore et charactere ac mas adultus, exceptis capite, manibus plantisque pedum nigro-brunneis; angulus facialis 40°, cerebralis 35°, altitudo frontis 4″.

Habitat gregatim in sylvis prope pagum Cameta ad flumen Tocantin et ad ripas fluminis Solimöens a pago Villa Nova usque ad principium imperii Peruviani.

I. LE GOURMAND VENTRU À COULEUR D'OLIVE.

Les habitans des bords de la rivière des Amazones vers le Pérou distinguent deux espèces de singes de ce genre. Ils les nomment à cause de leur gros ventre et de leur gourmandise Pansus (Barigudos). Ces singes appartiennent, selon leur queue nue en bas vers son extrémité, à la seconde famille (aux sagoins à queue calleuse), et se distinguent du genre d'Ateles par l'existence du pouce, par les pieds antérieurs qui ne sont pas si allongés, du genre d'Alouate par l'absence totale du renflement de la gorge et de l'os hyoide, du celui de Brachyteles par le pouce du grand pied antérieur onguiculé et par les bras beaucoup moins longs. Tous ces differents caractères les constituent comme appartenants à un genre particulier, appellé par moi Gastrimargus. J'ai douté long tems, si le genre nouveau, fait par Mr. de Humboldt (Lagothrix) n'étoit pas celui de ces deux singes; mais à raison que sa description, d'ailleurs très courte et incomplette, attribue à ce singe des caractères contraires p. e. de poils longs etc., et que Mr. Kuhl ait publié, que notre Court-Pouce à long bras est nommé au musée de Paris Lagothrix Humboldtii (Beyträge zur Zoologie S. 25), je me sentis convaincu et obligé à créer pour ces deux espèces un genre particulier et différent du Lagothrix; je l'ai ainsi appellé selon la dénomination, que lui donnent les Brésiliens, Gourmand ventru ou Barigudo. Celui-ci, qui a la couleur d'olive, ressemble un peu par le poil noir, court, épais, presque crêpu de sa tête, par la face presque noire, et frappante par les dents très blanches, par son nez plat, court et enfoncé à la base, à un Négre. Son poil est extrêmement court, très épais, moëlleux, gris-olivâtre en dessus du corps, et brun-noir ou noir en dessous; le poil qui est sur la tête, sur les quatre pattes, aux côtés internes des quatre pieds et au dessous de la queue, est tout noir; ce du dos est d'un blanc sale à la racine et annelé d'un blanc-fauve-gris et noir vers le bout. La queue qui est plus longue que le corps, très forte et très pelue, n'a point de nud qu'au bout et en bas à peu près le quart de sa longueur. Les poils du dessous du corps sont noirs, mais ceux, qui couvrent la poitrine, sont plus longs que les autres, et s'étendent sur les testicules et presque jusqu' à l'anus. La face est carrée, les parties du dessus et le long des yeux sont nues, les lèvres garnies de quelques poils noirs et roides, qui sont lanugineux, courts et bruns sur le menton et les joues. Le devant des oreilles et le derrière des joues portent les mêmes poils que la tête, mais tournés en arrière et ayant presque la forme d'une calotte noire qui couvre toute la tête. Les oreilles sont extrêmement courtes, presque tronquées, et portent des poils bruns. Les dents incisives sont rangées presque carrément; les canines sont fortes, les pieds antérieurs

un peu allongés, les ongles noirs, ou gris, longs, presque triangulaires et peu courbés, celui du grand doigt des pieds postérieurs est plat.

Ces singes parviennent à une grosseur très forte, se tiennent en troupes sur les plus hautes arbres dans les contrées de la grande rivière Solimöens, *et se font découvrir par leur cri qui ressemble à un claguement. Une fois apprivoisés, ils deviennent très familiers, ils s'approchent ordinairement de la table, ou l'on dine, s'assayent sur leur cuisses, en attendant avec beaucoup de patience qu' on leur donne des viandes cuites, ou des oranges, qu'ils aiment beaucoup, et qui cependant leur causent des diarrhées, à la suite desquelles ils meurent souvent. Nous en avons eu un vivant qui nous a accompagné, même pendant notre voyage sur mer, jusqu' aux îles Azores, ou il est mort de froid. Quand il vouloit nous flatter, il balançoit un peu sa tête, bourdonnoit un peu, et sautoit sur nos épaules, principalement sur celles de nos deux Indiens sauvages, lesquels il aimoit embrasser fortement en approchant sa tête de la leur. C'est vers le mois de novembre qu'on trouve ces singes, ainsi que tous à queue calleuse, qui habitent les bords du fleuve Solimöens, avec leurs petits nouvellement nés, et qu' ils portent sur le dos ou sous le ventre. La femelle et les petits se distinguent du mâle par l'espèce de calotte et par les pattes, qui chez ce dernier sont beaucoup plus noires.*

Species 2. Gastrimargus infumatus. Tab. XXIX.

Capite, trunco, humero, femore et cauda brunneo-fuscis vel umbraceis; tibiis, manibus plantisque nigricantibus; pilis pectoris superioris castaneis, inferioris nigris, longioribus, nigricantibus; facie ovata longiore; oculis praegrandibus.

Longitudo trunci	1′ $9\frac{1}{2}$″	ulnae	6″
capitis	$4\frac{1}{3}$″	palmae	$4\frac{1}{2}$″
faciei	$1\frac{3}{4}$″	femoris	$6\frac{3}{4}$″
caudae	2′ $\frac{1}{4}$″	tibiae	$5\frac{1}{4}$″
caudae partis calvae	6″	plantae	$5\frac{3}{4}$″
humeri	6″		

Descriptio. Corpus robustum, paulo minus crassum quam in specie praecedente; pili trunci, capitis, humeri, femoris omnes aeque ac in Mustela Marte brunneo-fusci, brachii, tibiae nec non caudae nigro cinereoque annulati, manus plantaeque pedis nigricantes, pectoris rufescentes, abdominis nigerrimi, longiores, reliqui corporis subbreves, subdensi, molliores, ad malas quasi subtonsi, capitis et trunci retro-, brachii extrorsum vergentes; facies atra, lanuginosa, praecipue ad labia et supra oculos vibrissis nigris instructa; auriculae extrorsum pilosae, rotundatae, subconspicuae, dentes uti in specie praecedente, exceptis caninis superioribus ab incisivis vix remotis; collum sublongum, minus crassum: quatuor pedes, praesertim anteriores, uti in praecedente specie, longiores; digiti magis fissi et graciles quam in Gastrimargo cano; pollex pedis remotus, ungue planiore tectus; ungues nigri, ad latera compressi, subarcuati; clytoris ovata, obtusior. Foemina colore equidem brunneo magis vero albicante.

Habitat in sylvis flumen Iça adumbrantibus.

II. LE GOURMAND VENTRU À COULEUR DE MARTRE.

Les Indiens de la rivière d'Iça me parloient d'une espèce de **Gourmand**, *toute différente de l'ordinaire, qui ne se trouve que dans les forêts voisines de cette rivière. En leur donnant pour cadeaux des aiguilles, des petits miroirs, des couteaux de fer, ils m'en apportèrent une assez grande quantité. Quoique ce singe ressemble beaucoup au précedent, il en diffère par son ventre et par son corps moins gros, par sa couleur de martre, par les faisceaux de poils longs et noirs, qui sont au milieu de la poitrine et quelquesfois au ventre, et par le cou moins gros et court. Il a la face moins carrée, les dents canines, principalement les inférieurs moins longues. La tête et tout le corps sont d'un brun foncé, les bras, les avant pieds, les pattes, la queue et les faisceaux de la poitrine d'un brun foncé ou même noir; tous les poils du corps sont tournés en arrière, ceux qui sont sur le dos sont bruns à leur racine, et très noirs à leur extrémité; la coëffure de la tête est presque la même que chez l'autre. La face est noire et garnie aux lèvres et au menton de quelques poils également noirs; le dessous du ventre est presque nud, ainsi que le tour de l'anus et la base de la queue, qui sont environnés seulement de quelques poils noirs. Les oreilles sont également petites et tronquées; la queue qui est très poilue, surpasse de beaucoup la longueur du corps. Tous les ongles sont noirs, triangulairs et plus courts que dans l'espèce précedente; celui du grand doigt des mains n'est pas comprimé; le pouce des pieds est plat. Il y a des femelles qui ont le dos et la tête d'un brun plus clair ou tirant sur le grisâtre.*

Familia II. GYMNURI.

Genus II. Mycetes. *Illiger.* Cebus. *Erxleben.*
Alouate. *Lacépède, Buffon, Audebert.*
Stentor. *Geoffroy.* Simia. *Linné, Schreber.*
Guariba, Mono, Bugio. *Brasiliensibus.*

CHARACTER ESSENTIALIS.

Pentadactylus, larynge quam maxime tuberoso.

Descriptio. Animal gymnurum, pentadactylum, non longimanum, gregarium, phlegmaticum, praecipue foliis victitans, ante solis ortum et post occasum frequenter unisono mugiens, foemina pullum unicum dorso vel abdomini inhaerentem secum gestans; corpus robustum, magis quadrupes quam quadrumanum, subtus nudiusculum; caput depressum; facies porrecta, valde obliqua vel fere horizontalis; maxilla inferior postice maxime elevata; dissepimentum narium haud crassum; oculi sursum vergentes; collum crassum; larynx osseus vesiculoso-protuberans; quatuor pedes pentadactyli, mediocres, subaequales; dentes canini utriusque maxillae 2, crassi, paulo recurvi, incisivi supra infraque 4, subparalleli, approximati, praecipue superiores, molares supra infraque 12, quorum tres priores unicuspidati, reliqui quadricuspidati; ungues tegulares, crassiusculi, subprosilientes, arcuati, excepto pollicari pedis largiore, non prominente; cauda corpori plerumque aequalis.

Species 1. Mycetes fuscus. Tab. XXX.

Pilis trunci corporis castaneo-fuscis, radice brunneis, apice rufescenti aureoque relucentibus; quatuor pedibus, barba crassa et cauda brunneo-nigricantibus; jugulo, pectore et abdomine pilosis.

Longitudo	trunci	18 3/4″	ulnae	6 1/3″
	capitis	4 1/3″	palmae	3 1/3″
	faciei	2 3/4″	femoris	4 3/4″
	caudae	1′ 6 3/4″	tibiae	5 3/4″
ejusdem partis	calvae	3 1/2″	plantae	5″
	humeri	6 1/2″		

Descriptio. Corpus subrobustum, eo Mycetis Seniculi minus, supra pilis subspissis, sublongis vestitum, infra nudiusculum, in medio modo pilosum, in dorso castaneo-fuscum vel castaneo-brunneo variegatum; quatuor extremitates nec non cauda brunneo-nigricantes; barba gularis spissa, mediocris, cohaerens, castaneo-fusca, ab orbitis extus supra malas gulam versus decurrens; pectus castaneo-pilosum, subjubatum; mammae nudiusculae; cauda corpore

vix brevior, subtus ad apicem quarta solummodo parte calva; collum subdistinctum, ad latera pilosum; caput mediocre, in fronte subelevatum; facies atra, circa oculos, nasum, labia et mentum nudiuscula, vix pilis rufis minutis et vibrissis raris obsita, a regione zygomatica et malari usque ad gulam confertim pilosa; nares oblongae, laterales; auriculae nudiusculae, parum conspicuae; pedes anteriores posterioribus nonnihil longiores, ad humerum intus subpilosi, nigro-fusci; digiti haud longi, nigricanti-pilosi; pollex manus brevior, non oppositus, pollex plantae pedis brevior, oppositus; ungues subcurvi, fusci, pollicaris plantae pedis tegularis, sublongus, caeteris vix planior; scrotum fusco-pilosum; regio circa anum nuda; pili dorsi radice brunnei, in medio nigro-annulati, apice castanei, aureo relucentes, 'ſ.'' longi, brachii, tibiae, palmae plantaeque nigricanti-brunnei, capitis breviores, in occipite verticillati, in vertice antrorsum, in fronte retrorsum versi, e temporibus, malis, buccis retrorsum et deorsum, in gula antrorsum in barbam confertam 2'' longam confluentes, castaneo-fusci; angulus facialis 32°, cerebralis 36°; altitudo frontis 4'''.

Mono Brasiliensibus audit, in sylvis campestribus montis **Araasoiava** prope fabricam ferri Ypanemae inventus.

I. LE HURLEUR BRUN.

*Les Hurleurs, propres au nouveau continent, se distinguent de tous les autres singes par la gorge très renflée, par l'os hyoïde tuberculeux, par la voix effroyable et semblable au grognement produit par une troupe de sangliers. Quoique monogames ils sont néanmoins toujours en troupes de 15 — 20, et remplissent au coucher et avant le lever du soleil l'air de leur hurlement, qui se fait entendre à très grande distance. L'ouverture de leur concert épouventable se fait par un seul singe, mais bientôt le prêcheur est accompagné de l'hurlement unison des autres. Ces singes ne sont pas vifs, mais lourds, paresseux, stupides, et se nourissent principalement de feuilles. Attrapés par le chasseur dans leurs retraites inaccessibles entre l'épais feuillage des très arbres hauts, entourés de rochers ou de rivières, ils ne s'enfuient pas loin ou avec la vitesse ordinaire des autres singes, mais ils se retirent assez lentement en grognant pitoyablement et en grimpant plus haut vers les sommets des arbres. Les femelles portent leurs petits accrochés sur le dos ou sous le ventre. Comme ils sont très gros et très gras, ils sont recherchés par les colonistes et les Indiens, qui les mangent même avec les poil, après les avoir flambé et roti un peu au feu. Leur hurlement les fait découvrir aisément, et la leuteur avec laquelle ils s'enfuient, expose ordinairement toute la troupe à la mort. Les espèces de ces singes, quoique déjà connues depuis la découverte de l'Amérique, ne furent pourtant jamais bien distinguées, mais toujours confondues les unes avec les autres. **Marcgrave** fut le premier qui en ait décrit deux espèces, savoir le **Hurleur** roux et le **Hurleur** noir avec des pattes rouges. C'est le dernier qui est devenu l'objet de toutes les erreurs qu'il y avoit jusqu'à présent dans cette famille. **Buffon** croit l'**Ouarine** une variété de l'**Alouate** ordinaire; **Latreille** a fait peindre la même espèce rouge deux fois, comme des espèces sont séparée; **Linné** et **Schreber** enfin les ont séparé du **Paniscus**, et décrit comme deux espèces distinctes sous les noms **Seniculus** et **Belzebub**; Mr. **Geoffroy** regarde l'**Ouarin** de **Buffon** comme synonyme au **Guariba** de **Marcgrave**, et lui donne le nom de **Guariba** ou de **Mycetes fuscus**. Ce célèbre Naturaliste s'est pourtant trompé en faisant une description du Guariba toute contraire à celle de **Marcgrave**. **Marcgrave** en parlant d'un **Hurleur** noir avec des pattes rouges, n'a sans doute determiné aucun autre que celui, que j'ai fait dessiner sous le nom de **Seniculus niger** (Denkschriften der Akademie. München 1815 S. 333), nommé plus tard par Mr. **Kuhl** Seniculus rufimanus (Beyträge zur Zoologie*

Seite 31). Celui, que j'ai fait dessiner ici sous le nom de Hurleur brun foncé, n'est pas le Guariba de Marcgrave et de Mr. Geoffroy, mais il paroit au contraire être l'Ouarine de Buffon. Quelques voyageurs ont parlé encore de hurleurs autrement colorés. Entre autres Gumilla parle d'un Arabata, Azara d'un Caraya; Mrs. Humboldt et Geoffroy ont séparé ces deux derniers comme des espèces distinctes sous les dénominations Mycetes stramineus et niger, auxquels ont été adjoints par Mr. Humboldt l'Alouate Ourson et Chora, (Mycetes ursinus, et flavicaudatus) et maintenant par moi l'Alouate à couleur variée. Ainsi au lieu de deux nous en avons sept espèces d'Alouates, desquelles on ne possède jusqu' à présent de figures que celle de l'Alouate rouge, faite par Mr. Audebert, celle de l'Ourson publiée par Mr. Humboldt et celle à maines rouges, publiée par moi. (Denkschriften der Akademie 1815) En voulant à présent lever toutes les doutes et compléter la famille des Alouates, j'ai fait dessiner ici les autres espèces non figurées. L'Alouate brun se distingue par la couleur brunâtre, tirante au dos et à la barbe sur le brun marron doré. La couleur du pelage des quatre pieds, de la queue, des flancs et du dessous du corps est mêlée de noir et de brun doré et luisant aux pointes, excepté les quatre pattes, principalement les postérieures, qui sont plutôt noires; le dos et la tête tirent plus sur le marron luisant ou doré que les autres parties; la queue est toute rouge au bas de sa racine; les testicules sont noirs; les poils du dos, et encore plus ceux de la barbe sont les plus longs, ceux du sommet de la tête les plus courts et de même que ceux de la barbe tournés en avant, pendant que ceux de la partie antérieure du front sont couchés en arrière, ainsi que ceux du dos et de la queue. Les poils des quatre pieds tombent en bas. Le dedans de l'humerus est moins pelu que le dedans des cuisses. Ce singe est d'une taille médiocre et moyenne entre l'Alouate varié et le noir; sa barbe est très épaisse; elle commence aux joues et occupe toute la gorge, mais elle est plus courte que celle de l'Alouate barbu, et melée de noir et de brun marron luisant. La face et l'autour des yeux sont nus, âtres, les lèvres parsemées de poils roides et noirs. La poitrine et le bas ventre sont peu pelus, excepté leur milieu. Les doigts sont courts, les ongles noirs, peu courts, et celui du pouce du pied postérieur est allongé et un peu plus large que les autres doigts.

J'ai trouvé ce singe dans la Province de St. Paul, principalement dans les forêts basses de la montagne d'Araasoiava près d'Ypanêma.

Species 2. Mycetes stramineus. Tab. XXXI.

Corpore elongato, supra dense piloso, subtus nudo, rubicundo; pilis sericeis, brevioribus, spissis, flavo-stramineis sive pallide aurantiis, aureo relucentibus; barba castaneo-rufescente.

Longitudo trunci	1′ 9″	ulnae	4½″
capitis	5″	palmae	3½″
faciei	2⅓″	femoris	6″
caudae	1′ 10½″	tibiae	6″
partis calvae	9″	plantae	3⅓″
humeri	5½″		

Descriptio. Corpus elongatum, subrobustum, supra confertim pilosum, stramineo vel aureo-relucens, ad latera colli et ad humerum intus pilosum, rufo-flavicans, circa anum

rufo-pilosum; caput oblongum; facies oblonga, incarnata, extus ad malas, mentum et gulam barbata; auriculae nudiusculae, incarnatae; quatuor extremitates fere aequales, subelongatae; digiti sublongi, aurantio-pilosi, pollex reliquis manus multo brevior, non oppositus, pollex plantae subbrevis, oppositus; ungues curvi, brunnei, pollicaris pedis posterioris tegularis, planiusculus, elongatus, apice subacuminatus; cauda crassa, corporis fere longitudine, subtus ad tertiam partem versus apicem calva; pili trunci toti straminei, sericei, vix 1″ longi, subrecumbentes, cranii breviores, antrorsum versi, frontis erecti, rufescentes, occipitis verticillati, femoris extus et brachii extrorsum versi, e temporibus, malis, genis mentoque in barbam confertam 2″ longam, triangulariter dependentem confluentes, rufo-castanei, quatuor extremitatum nec non radicis caudae subrufescentes. Mas est quem descripsi.

Habitat in sylvis flumina Rio Negro et Solimöens interjacentibus.

II. L'ALOUATE ARABATE.

J'ai laissé le nom que Mr. Humboldt à donné à ce singe, quoique dans mon individu les poils touts jaunes de paille n'ont pas la racine brune. Il a le corps très allongé, couvert en dessus de poils courts, épais, tous de couleur de paille ou d'orange clair, tout nu en dessous; la queue est presque de la longueur du corps et en bas nue jusqu' à la quatrième partie vers le bout. Les poils sont épais, pas roides, d'une couleur dorée et très luisante, plus clairs sur le dos que sur la queue et aux quatres pieds qui sont presque égaux et de couleur plus foncée. La face est couleur de chair, nue au milieu et environnée en dehors d'une barbe épaisse, brune châtaine, longue de deux pouces, qui commence aux tempes et aux joues et se prolonge jusqu' au menton et à la gorge, ou elle dépende en s'appointissant. Les poils du tronc et de la queue sont tournés en arrière, ceux de la tête couchés en avant, même jusqu' au dessus des yeux, ou ils s'erigent un peu. La queue est grosse, d'une couleur plus foncée ou rougeâtre, principalement à son comencement. Les oreilles assez courtes sont nues et rougeâtres ainsi que le dessous du corps, les ongles sont un peu courts et d'un brun clair; celui du grand doigt du pied postérieur n'est pas saillant, mais un peu large, long, et pointu au bout. Ce singe ne se trouve que dans les forêts entre le Rio Negro et le Solimöens vers le Pérou.

Species 3. Mycetes barbatus. Tab. XXXII et XXXIII.

Corpore praerobusto, in juvene flavo-fulvo, in mare nigerrimo; barba crassiore, longiore, spissa, faciem mentumque totum involvente, in mare magis cohaerente, majore, in foemina breviore, bifida; lunula pilorum frontali magna, triangulari, erecta; cauda ad dimidium subtus calva; digitis maris nigro-alboque villosis.

Dimensio Maris. Longitudo	trunci	2′ 3″	ulnae	$5\frac{1}{3}$″
	capitis	$5\frac{1}{2}$″	palmae	$3\frac{1}{3}$″
	faciei	3″	femoris	$5\frac{1}{4}$″
	caudae	1′ –″	tibiae	$5\frac{1}{2}$″
	partis calvae	$10\frac{1}{2}$″	plantae	$4\frac{3}{4}$″
	humeri	$6\frac{1}{3}$″		

Dimensio foeminae.	Longitudo trunci	1′ 4″	ulnae	5″
	capitis	4½″	palmae	3″
	faciei	2″	femoris	4″ 3‴
	caudae	1′ ½″	tibiae	5½″
	partis calvae	9″	plantae	4½″
	humeri	4½″		

Descriptio. Mas. Corpus robustum, praegrande, supra dense pilosum, subtus subpilosum, in medio pectoris jubatum; mammae nudiusculae, protuberantes; scrotum mediocre, rufescenti-pilosum; quatuor extremitates haud elongatae, intus nudiusculae; caput oblongum, crassum, robustum; collum robustum, a capite vix distinctum; facies et mentum atra, lanuginosa, supra oculos subpilosa, in labiis vibrissis nigris munita, lateraliter mystace ac barba spissa, longa, caprina, versus gulam plus minusve disticha involuta; nasus ad radicem subimpressus; nares antrorsum apertae; auriculae nudiusculae, oblongae, conspicuae; cauda corpore paululum minor, subtus versus extremitatem ad mediam fere partem calva; palma planta brevior; digiti mediocres, cinerascenti-villosi; pollex plantae oppositus; ungues nigri, subcurvi, ille plantae pedis laminaris; pili corporis conferti, nigerrimi, ad radicem subfusci, dorsi 1″ longi, submolles, nigro nec non brunneo relucentes, occipitis verticillati, digitorum manus pedisque grisei nigris immixtis, in medio pectoris et in abdomine jubati, illi scroti ferrugineo flavescentes; angulus facialis 32°, cerebralis 38″; altitudo frontis 3‴.

Foemina. Corpus minus robustum, supra cinereo vel nigricanti flavescens, subtus flavescenti albicans; mammae, humerus intus, nates, facies, malae, labia et mentum nudiuscula; barba malaris ad mentum spatio interposito divisa, mediocris, pallide ochracea; pili frontis illis verticis et occipitis oppositi, ad formam lunulae triangularis erecti, retroversi, lineam verticalem longitudinalem et transversam nigricantem exhibentes; pili dorsi medii nec non caudae supra ad radicem fusci vel nigricantes, reliqui corporis albo flavicantes, vel albicantes. Iuvenis foeminae colore similis, lunula vero et barba vixdum conspicuis.

Mycetes barbatus Myceti nigro Geoffroyei et Desmarest colore maris et foeminae diverso simillimus, differt autem ab illo longitudine corporis maiore, pilis haud nigro-brunneis, crispis, erectis, in abdomine obscure rufis, sed nigerrimis, rectis, decumbentibus, in abdomine nigris, barba maris haud mediocri, imo vero praegrandi, crassa, corpore foeminae subtus haud nudiusculo sed capillato, auriculis haud brevibus, sed extus bene conspicuis.

Habitat in sylvis humilibus, vulgo Catinga dictis, Provinciae interioris Bahiae.

III. L'ALOUATE NOIR À GROSSE BARBE.

M. Azara est le premier qui parle d'un singe Caraya, dont le mâle est noir, et la femelle fauve. Mr. Geoffroy et Mr. Desmarest l'appellent Stentor niger, et en donnent la description sans le figurer. Notre espèce en diffère néanmoins en ce, que sa couleur n'est pas brunâtre, sa queue pas brune au bout, mais toute noire, la barbe du mâle pas médiocre, mais très grosse, les oreilles pas petites, mais proéminentes, et les poils pas étroits, mais couchés. J'ai ici sous les yeux sept individus de cette espèce, tant mâles que femelles et jeunes, de manière, que je me trouve en état d'en donner la figure et une description

bien exacte. Ce singe, nommé chez les Brésiliens Bugiu, *est très gros, très pelu en dessus du corps, et presque nu au côté intérieur de l'humerus, des cuisses et en dessous du corps, excepté la poitrine rouge qui porte au milieu une crête de poils noirs, laquelle se trouve tant chez le mâle que chez la femelle. Les poils du tronc, des quatre pieds, de la queue et de la barbe sont chez le mâle d'un noir luisant, ceux de la nuque et du dessus de la tête tirent un peu sur le brun, ceux des testicules sur le roux, et ceux des doigts sur le blanc gris; ils sont couchés sur le dos et la queue, tournés en avant sur le sommet de la tête, au front courts, droits et tournés en arrière, flottants le long des flancs, principalement des tempes et des joues jusqu'à la gorge, pour y former une barbe grosse, réunie, pendante et à peine partagée sous le menton. Toute la face est en dehors entourée de cette grosse barbe, mais elle est en devant, en bas des yeux, au menton et aux lèvres nue, parsemée de poils noirs, roides, courts et entremêlés de poils plus longs. Les oreilles bien distinctes sont rondes et un peu pelues en arrière. La queue est presque de la longueur du corps, grosse, presque sa quatrième partie calleuse en bas, et s'amincie vers l'extrémité. Les ongles pas courts sont noirs, un peu courbés, celui du pouce du pied postérieur est applati. La voix ressemble, pour ainsi dire, à celle de nos grenouilles. La femelle a les mêmes caractères, excepté qu'elle a le corps moins gros, le dos et quelquefois le dessus de la queue noirâtre, le reste du corps d'un fauve blanc, la barbe moins grosse, pas longue, fendue à la gorge et d'un fauve blanc ou fauve roux; la lunule du front est chez elle plus large, distinguée aux côtés et au milieu du front par des lignes brun-noires, la queue moins grosse et en bas calleuse presque du milieu jusqu'au bout. Les jeunes ont les mêmes caractères que les femelles, excepté que la couleur noire devient avec l'age plus prononcée. J'ai trouvé ces singes dans l'intérieur de* Minas Geraes *et de* Bahie, *dans les forêts basses, que les habitans appellent* Catinga. *Ils vivent très retirés et toujours en grande société. Ayant une fois entendu leur hurlement épouventable, semblable à celui d'une trouppe de grenouilles, j'ai trouvé facilement l'endroit, d'ou s'est répandu par tout ce concert unison, et ou je vis toujours une assemblée de vingt singes, qui hurlèrent de différents arbres. En m'en rapprochant un peu plus, ces singes, au lieu de s'enfuir tout de suite, comme les autres en ont l'habitude, grimpèrent bien lentement sur le sommet des arbres, et chacune des femelles portoit un jeune sur le dos, un autre un peu plus agé, suivoit tout lentement derrière. Après en avoir tiré quelques uns, les autres continuoient à hurler très tristement et chacun prit la retraite, qui lui convenoit. Pendant cette action j'ai eu occasion de remarquer, qu'une femelle blessée continuoit à porter son petit sur son dos, jusqu'à ce, qu'épuisée par la perte de tout son sang, elle employa en mourant ses dernières forces à lancer son nourisson sur des rameaux voisins, et expira en tombant de l'arbre, trait qui confirme une espèce de reflexion chez ces animaux.*

Species 4. Mycetes discolor. Tab. XXXIV.

Facie bubalina; manibus, pedibus caudaeque apice ferrugineis; dorso castaneo nigroque variegato; barba, lumbis, reliqua cauda et quatuor pedibus nigerrimis; pilis mollioribus, subrelucentibus.

Longitudo	trunci	1′ 8″	ulnae	9½″
	capitis	5″	palmae	4″
	faciei	2″	femoris	6″
	caudae	2″	tibiae	6″
	partis calvae	11¾″	plantae	5″ 3‴
	humeri	5½″		

Descriptio. Corpus robustum, supra pilis rufis vel nigris haud confertis vestitum, subtus ad collum, pectus, abdomen et circa nates nudiusculum; caput et collum crassa; facies

nuda, atra, abbreviata, obtusa, quadrangularis, inter oculos valde impressa, praecipue ad labia et mentum vibrissis nigris brevioribus et longioribus obsita, barba mediocri, nigra, versus gulam confluente munita; frons depressa; aperturae nasales rotundiores; quatuor extremitates haud longae, subrobustae, anteriores intus, posteriores ad femur intus nudiusculae; auriculae exiguae, nudiusculae; cauda longitudine corporis, versus apicem tenuior et subtus ad dimidiam partem calva; digiti, exceptis pollicibus palmae plantaeque, subaequales, rufo-pilosi; pollex pedis sublongus, oppositus; pili dorsi ad radicem fusci, versus apicem rufescentes, 1⅓″ longi, decumbentes, aureo relucentes, ad latera dorsi nigerrimi, longiores, nigro-rufescentes, antrorsum vergentes, in fronte retroversi, in mystace et barba gulari toti nigri, in quatuor extremitatibus nigerrimi, in humero et tibia defluentes, in brachio retro-, in femore extrorsum versi, in palmis plantisque integre rufi, relucentes, in cauda usque ad dimidiam nigricantes, breviores, versus apicem rufescentes; dentes nigricantes, canini validi, incisivi superiores subarcuati, inferiores paralleli; corpus subtus rufescens, nudiusculum, in medio pectoris pilis rarioribus nigris obsitum; scrotum subcrassum, nudiusculum; ungues crassi, breviores, nigri, apice obtusi, subrecurvi, pollicaris pedis nonnihil planior, reliquis minus prosiliens.

Habitat in sylvis ripariis fluminis Amazonae nec non Tocantins prope urbem Para.

IV. L'ALOUATE VARIÉ.

Cet Alouate ressemble un peu à l'Alouate brun, duquel il diffère cependant par la grossierté de son corps, par le pelage moins épais, mais plus long, par la callosité de sa queue à moitié plus longue, par la couleur rouge des quatre pattes et de l'extrémité de sa queue, par la barbe moins épaisse et d'un noir luisant, par le dessous du corps presque nu, et par les doigts plus longs. Il a encore de la ressemblance avec l'Alouate noir ou plutôt avec celui à pattes rouges, dont il se distingue pourtant tant par la grandeur du corps, que par le tronc rougeâtre au milieu et noir luisant aux côtés, tandis que celui-ci à pattes rouges est partout d'un noir très luisant. Son tronc est couvert de poils fins, tout rouges, noirs à la racine et châtains à la surface, qui flottent tout noirs et longs aux flancs. Les quatre pieds sont presque entièrement d'un noir luisant, excepté les quatre pattes et les doigts très allongés, qui sont garnis de poils courts et roux; la queue pas épaisse est noire, presqu' à moitié calleuse en bas et rougissante au bout. Les poils du sommet de la tête, un peu plus courts, tombent en avant, ceux de l'avant-front en arrière, les poils des avant-bras extérieurs sont tournés en arrière. Le dessous du corps est nu ou parsemé de poils noirs très rares. L'intérieur des bras et des cuisses, les testicules, l'alentour de l'anus et la base de la queue sont également nuds. Le cou est très gros, la face presque carrée, noirâtre et parsemée de poils roides, noirs sur le menton, les lèvres et autour des yeux; les oreilles sont petites, mais bien visibles, nues, le nez très imprimé à la racine; la barbe toute noire commence aux tempes et aux joues, et s'attache en se pointisseant au derrière du menton, d'où elle pend en bas. Les ongles sont noirs et courbés. J'ai trouvé un mâle de cette espèce de singes dans les forêts situées près du fort de Curupà aux bords de la rivière des Amazones.

VESPERTILIONES

BRASILIENSES.

Vespertiliones, quorum corporis structura plane singularis ad caetera animalia affinitatem admodum dubiam reddit, primo avibus, deinde mammalia cum avibus conjungentes muribus, postremo a Linnaeo *lemuribus adscribebantur, in ordine mammalium loco a simiis secundo positi. Duae quidem illorum species jam longo abhinc tempore in Europa notae fuerunt, quibus mox nova quaedam accessio facta est, novis illis speciebus extra Europam viventibus, quarum cognitionem,* Sebae, Eduardi, Forskohlii, Pallasii *meritis aut itineribus debemus. His postea* Daubenton *alias quinque species Europaeas aliasque exteras addidit,* Azara *quindecim in Paraguaia observavit, auxeruntque eas novissimis temporibus* Bechstein, Leisler *et* Kuhl *novas istis species Europaeas apponentes. Idem effecit* Raffinesque Schmaltz, *qui vespertiliones tum Europae tum Americae septentrionali proprios novo hujus Familiae genere „*Atalophia*" locupletavit novisque insuper speciebus, quae vero hucusque satis congrue definitae non sunt.* Geoffroyeus de St. Hilaire *multis vespertilionibus ab expeditione Aegyptiaca secum allatis et huic animalium familiae indagandae praecipue incumbens, partim copia exemplarium, quae in Museo Parisiensi asservantur, adjutus, partim varias ac dispersas descriptiones, quae in itinerum commentariis inveniuntur, in suos usus vertens, summo studio id consecutus est, ut species vespertilionum hucusque notas, quas* Brissonius *in duo,* Vespertilionis *scilicet et Pteropi, quibus* Linnaeus *tertium postea* Noctilionis *adjecit, genera diviserat,* Gmelinus *econtra viginti duas distinguens in novem subdivisiones dispeseuerat, ad quindecim genera reducere certisque characteribus disponere posset.*

In itinere, quod per Brasiliam a vigesimo quarto latitudinis gradu usque ad Aequatorem una cum viro amicissimo Dr. Martio *peregi, conquirendorum animalium occasionem opportunam nactus, etiam vespertiliones non paucos collegi, mecumque in patriam reportavi. Numero quinquaginta novem*

sunt, partim siccati partim in spiritu vini conservati. Quae ad species jam notas referri debent, exemplaria nonnulla uti Phyllostoma ciliatum, elongatum, hastatum, Noctilionem unicolorem, ab aliis auctoribus, praesertim a Geoffroyeo, accurate jam descripta ac depicta, Noctilionemque dorsatū ab Azara descriptum, Noctilioni vero unicolori Geoffr. haud dissimilem omisi, sola Glossophaga amplexicaudata, cuius imago in dissertatione Geoffroyeana minus accurate facta deprehenditur, et Noctilione soricino Pallasii, neque ecaudato neque Glossophagis secundum Geoffroyeum adnumerando, etiam in hoc volumen, quod caeteroquin nil nisi ignotas species continet, receptis. Generibus vespertilionum naturae scrutatorum pene omnium calculo jam probatis quatuor adhucdum nova genera socianda putavi, Proboscideam scilicet, cujus species generibus notis adnumerari non possunt, Thyropteram, insignem patella pollici pedum anteriorum annexa, Diphyllam, cristis duabus nasalibus, cauda et membrana interfemorali deficiente singularem, et Vampyrum caudae absentia a Phyllostomis distinctum. Quod ad Phyllostoma duobus dentibus incisivis et auribus grandibus praeditum (bidens nob.) attinet, forsitan et hoc a caeteris habitu diversum, non immerito sub novo quodam genere comprehendendum fuisset, quia vero unicum est, id praetermittendum esse arbitrabar.

Caeterum vespertiliones in Brasilia aeque ac in reliquis terrarum partibus degentes justo minus noscimus, quam ut monographiam perfectam exhibere, aut hoc respectu ipsas terrarum partes inter se comparare possimus. Ex generibus jam cognitis nonnisi Phyllostoma, Glossophaga, Noctilio, Molossus et aliquot Vespertilionis species in Brasilia reperiuntur; caetera vero genera alias terrarum partes incolunt. Sicuti reliqui vespertiliones, ita et Brasilienses nocturni, vivipari, pilosi, mammiferi, mammis modo pectoralibus et pene libere pendente instructi, anteriores quatuor digitos, excepto solummodo pollice, utpote qui, aeque ac digiti pedis posterioris omnes, unguiculatus est, prolongatos habent, quos omnes membrana volatilis, quae nil nisi membranae digitorum et corporis communis quaedam continuatio est, colligit et conjungit. Geoffroyeus equidem asserit, genus vespertilionum Brasiliense, Phyllostoma dictum, articulo novo, quarto scilicet, quem in digito medio cernere licet, a caeteris vespertilionibus differre; particulam autem hanc cartilagineam, quamvis exiguam, non solum in omnibus digitis vespertilionum eiusdem generis, sed etiam in omnibus vespertilionibus nos deprehendisse fatemur. Si Megaderma Aegypti et Rhinolophum Europae excipias, vespertiliones Brasilienses ab aliis eo discerni possunt, quod plures eiusdem familiae, v. g. generis Glossophagae, Vampyri, Phyllostomatis, Diphyllae gaudeant crista membranacea, naribus imposita, vel ore verrucoso vel lingua setis hispida et ultra modum prolonganda, quibus quasi acrior redditur tactus gustusque sensus ac vegetior.

Maximam vero vespertiliones Brasilienses ab aliis dignoscendi causam praebet gravis ille hominibus animalibusque impetus, quo feruntur in sanguinem, quem avidissime exsugere solent. Haud raro quin imo quotidie nobis accidit, ut matutino adhuc tempore in jumentis sarcinae portandae destinatis modo e regione circa anum, modo e femore, abdomine ac collo sanguinem, velut si venae instrumentis insectae fuissent, large profluentem conspiceremus, quo eiusmodi animalia non modicam virium defectionem experiuntur. Ipsis adeo hominibus non parcunt, praecipue infra ungues et nasum sanguinem extrahentes. Ut nobis rem proprius intuentibus visum est, vulnera dentibus infligunt, sanguinem ore trahunt, atque dum ebibunt, vulnere affectis quasi lenimentum aliquod ac refrigerium ut praebeant, leniter alas movent. Vespertiliones Brasilienses in solo currere, nos quoque animadvertimus, id autem non quid praecipui, sed illis cum aliis huiusce familiae commune esse arbitramur. Plurimos gregatim invenimus vel recubantes per diem in tectis domuum aut in arboribus cavis, vel e scopulis ac arboribus juxta fluvios ac in sylvis pendentes, noctu solummodo circumvagos, odore urinoso molestos. Quotquot autem in itinere Brasiliensi colligere nobis concessum fuit vespertilionum genera ac species, quas sub generali appellatione „Andira et Andiraçu,“ Piso memorat, et coloni Brasiliani Morçegos vocant, eas omnes in classes ac ordines subsequentes redigere consultum putavimus.

Familia I. ANISTIOPHORI.

Naso non perfoliato

porrecto; labio superiore leporino; cauda vix exserta, membrana interfemorali pedibusque perbreviore:

Genus I. Noctilio.

subporrecto, obtuso; auriculis obtusis, supra fere confluentibus; cauda longissima, membranam interfemoralem exsuperante:

Genus II. Molossus.

pollice manus infra patella armato:

Genus III. Thyroptera.

prolongato, acuminato:

Genus IV. Proboscidea.

subporrecto, subacuto; cauda longissima membranam interfemoralem non nihil exsuperante; dentibus incisivis inferioribus 6, superioribus 4, lobatis:

Genus V. Vespertilio.

Familia II. ISTIOPHORI.

Naso perfoliato

unifoliato

ore verrucoso, obtuso; labio superiore et inferiore integro; cauda nulla:

Genus VI. Vampyrus.

ore verrucoso, obtuso; labio superiore et inferiore integro; cauda brevi:

Genus VII. Phyllostoma.

ore non verrucoso; labio inferiore subfisso; lingua elongata, setis hispida:

Genus VIII. Glossophaga.

bifoliato; cauda et membrana interfemorali nullis:

Genus IX. Diphylla.

Familia I. ANISTIOPHORI.

Genus I. Noctilio.

Naso non perfoliato, porrecto; labio superiore leporino; cauda vix exserta, membrana interfemorali perbrevi.

Descriptio. Corpus robustum; caput crassum, apice subobtusum; nasus non perfoliatus, porrectus; labium superius leporinum, angulatum; aures angustae, ensiformes, apice acuminatae; tragus lanceolatus, liber, ad latus exterum serratus, apice bidentatus; dentes incisivi superiores quatuor, a caninis remoti, medii acutiores, apice divergentes, laterales postpositi, vix conspicui, inferiores in senibus duo, in juvenibus quatuor, contigui, medii planiores, apice fissi; canini supra infraque duo, fortes, prominentes, subrecurvi, superiores inferioribus longiores; molares utrinque supra infraque octo, priores unicuspidati, reliqui quadricuspidati, in superficie excavati; oculi laterales, oblongi, ab ore ac auriculis aeque distantes; collum crassum, retractum; cauda 1″ longa, membrana interfemorali involuta, in eius medio supra vix apice exserta, articulis septem; pedes posteriores longi; tibia femore longior; pollex pedis anterioris robustior, unguiculatus; membrana volatilis extus secundum tibiam excavato-decurrens, cum interfemorali infra non confluens; membrana interfemoralis et caudalis extensa, talo adnexa, apice plus minusve triangulariter excurrens; calcaneus magnus, digitis pedis longior, ascendens, in medio deorsum deflexus; testiculi intus reconditi; penis apice glandiformis, liber; infra penem fossae vesiculosae duae; clitoris concava, dimidio brevior quam penis, apice acuminata.

Species 1. Noctilio rufus. Tab. XXXV. Fig. I.

Trunco corporis supra et subtus toto rufo-piloso; quatuor pedibus, auriculisque nudis, rufescentibus.

Descriptio. Truncus robustus, unicolor, rufo-pilosus; caput crassum, apice subobtusum; auriculae ensiformes, inter se large distantes; tragus auricula plus quam dimidio brevior; oculi oblongi, subminuti, ab auriculis magis quam a rostri apice remoti; oris rictus semicircularis, ad apicem amplus, ad latera brevis; labium superius antice in medio dilatate fissum, leporinum, ad latera convexo-angulatum; nasus ater, prosiliens; nares tubuliformes, anticae, distantes; thorax inter scapulas largus; collum retractum; extremitas posterior radio brachii longior; pollex manus crassus, unguiculatus, articulis tribus; unguis pollicis subcurvus, flavicans; planta pedis sublonga; digiti pedis omnes unguiculati; ungues aequales, compressi, adunci, rufi; membrana alaris atra, nuda, versus lumbos solummodo subpilosa, ad genua usque profunde excavato-decurrens; membrana interfemoralis 2″ longa, apice obtuse triangularis, plantas pedis non excedens.

Longitudo trunci a nasi apice usque ad caudae initium 4″, capitis 1″ 4‴, caudae involutae 3½‴, liberae ½‴, humeri 1″, radii 3″ 1‴, pollicis 6‴, indicis 2″ 10‴, digiti medii 6″, minimi 3¾″, femoris 1″ 1‴, tibiae 1½″, plantae 1″ 2‴, calcanei 1″, mem-

branae interfemoralis 2″ 2‴, auricularum 6½‴, tragi 1½‴; latitudo occipitis 1″, auricularum 5‴, inter scapulas 2¼″, alarum extensarum 1′ 9‴, membranae interfemoralis ultra 4″.

Dormitat diu gregatim in arboribus excavatis odore urinoso praemolestus. Mas et foemina aeque rufi.

Species 2. Noctilio Albiventer. Tab. XXXV. Fig. II. et III.

Corpore supra fusco-brunneo, subtus albicante; linea in medio dorsi longitudinali albicante.

Descriptio. Truncus minus robustus, subtus albicans, versus lumbos rufescens, supra brunneo-fuscus; linea in medio dorso albicans, longitudinalis, a scapulis usque ad caudae fere radicem prolongata; caput et collum longiuscula; pili trunci lanuginosi, supra ad radicem albicantes, ad superficiem brunneo-fusci; membrana alaris nuda, atra, fere usque ad tarsum excavato-decurrens; membrana interfemoralis nuda, apice elongata, acuminata, plantas longitudine excedens; extremitas posterior brevis; tibia radio brachii multo brevior; pollex manus minus crassus; ungues pedis posterioris subbreves, cinereo-albicantes.

Longitudo trunci a nasi apice usque ad caudae initium 3½″, capitis 1″ 1‴, caudae involutae 5‴, liberae ¼‴, humeri 1″, radii 2¼‴, pollicis 1½″, digiti indicis 2½″, medii 4¼″, minimi 2½″, femoris 1″, tibiae 10‴, plantae 6″, calcanei ¾″, membranae interfemoralis 2″ 1‴, auricularum 7‴, tragi 1‴; latitudo occipitis ¾″, auricularum 4‴, inter scapulas 1″ 4‴, alarum extensarum 1′ 2″ 1‴, membranae interfemoralis 1¾″.

Vitam degit solitariam sub tectis domuum prope flumen St. Francisci. Differt a Noctilione dorsato, in dorso aeque albo-lineato et secundum Azaram in Paraguaya habitante, corpore minore, rostro acutiore, membrana interfemorali maxime elongata, coloreque totius corporis diverso,

Genus 2. Molossus.

Naso non perfoliato, subporrecto, obtuso; auriculis obtusis, in fronte fere confluentibus; trago extero, brevi, rotundo, subdistincto; cauda longissima, membranam interfemoralem exsuperante.

Descriptio. Corpus mediocre; truncus supra infraque et versus radicem brachii pilosus; caput a collo subdistinctum, apice uti in cane Molosso obtusum; auriculae breves, quasi truncatae, in apice frontis fere confluentes, pilosae et infra versus angulum oris decurrentes; tragus brevis, externus, rotundatus; nasus crassus, apice obtusus, prominulus; nares triangulares, anticae, late distantes; rictus oris semicircularis, mediocris; labia crassa, integra; oculi laterales, rictui oris paralleli; lingua et palatum verrucosa; dentes incisivi supra infraque duo, caninis contigui, superiores maiores, pyramidales, apice convergentes, inferiores brevissimi, caninis antepositi, apice incisi; canini supra infraque duo, subvalidi, inferiores superioribus minores, recti, ad basin

marginati et intus dentis incisivi ad instar tuberculati; molares utrinque supra infraque quatuor, priores uni-, reliqui quadricuspidati, acuti; alae angustiores, ad digiti medii apicem tenuissimae; pollex manus tenuis, undique fere membrana alari denudatus; pedes posteriores, praecipue plantae breves; calcaneus descendens; membrana alaris secundum tibiam usque ad tarsum large decurrens, tarsum involvens, et in membranam interfemoralem transiens; membrana interfemoralis brevis, caudam plus dimidio involvens, calcaneo annexa et versus caudam liberam oblique decurrens; cauda articulis 9 — 10, longissima, plus quam dimidia, membrana tecta, reliqua libera, extra pedes prominens.

Species 1. Molossus ursinus. Tab. XXXV. Fig IV.

Totus niger; corpore et rostro robustissimis; auriculis in apice frontis invicem conniventibus.

Descriptio. Corpus robustum, supra et infra truncum, nec non membranam interfemoralem et versus lumbos pilis nigerrimis vestitum; caput a collo subdistinctum, subcrassum, apice praeobtusum; nasus crassus, obtusus, supra labia prominens; nares triangulares, anticae, distantes; oris rictus amplus, subsemicircularis, ad angulum posticum et oculis parallelum auriculas attingens; labia crassa, pilis confertis, brevibus, hispidis munita; oculi subminuti, ab auribus et nasi apice aeque distantes; auriculae subrotundatae, supra subemarginatae, subsexangulae, usque ad apicem frontis connivendo excurrentes, infra fere usque ad angulum oris prolongatae; tragus exterus, minutus, subrotundus; dentes incisivi supra et infra duo, caninis contigui, superiores sublargi, apice conniventes, caninis paralleli, inferiores minuti, caninis paralleli, coarctati, apice bilobati; canini validi, superiores maiores, subrecurvi, inferiores recti, ad basin coronati et intus dentis incisivi ad instar tuberculati; lingua brunneo-verrucosa; collum breve; thorax largiusculus; membrana alaris angusta, inter pollicem et radium fere, inter pollicem et indicem omnino deficiens, lata, secundum tibiam large decurrens, metatarsum involvens et membranae interfemorali sive caudali unita; membrana interfemoralis subangusta, caudam tertia parte liberam et digitos pedis longe exsuperantem involvens, calcaneo descendenti brevi caudaeque obtuse-triangulariter affixa; pollex manus subcrassus eiusdemque unguis brevis; digitus medius reliquis multo longior, articulo ultimo adpresso, apice brevi, incurvo; tibia radio duplo fere minor; planta pedis brevis; digiti pilis hirsuti; ungues subbreves, subincurvi; cauda longa, membranam interfemoralem tertia parte exsuperans, libera.

Longitudo trunci a nasi apice usque ad caudae originem $3\frac{1}{2}''$, capitis $1\frac{1}{4}''$, caudae involutae $1\frac{1}{4}''$, liberae $9'''$, humeri $1\frac{1}{2}'''$, radii $2''$, pollicis $2''$, digiti indicis $2''$, medii $1\frac{1}{2}''$ $1'''$, minimi $3\frac{3}{4}''$, femoris $11'''$, tibiae $9\frac{1}{4}'''$, plantae $4\frac{1}{2}'''$, calcanei $\frac{1}{2}'''$, membranae interfemoralis $1\frac{1}{4}''$, auricularum $6'''$, tragi $1\frac{1}{4}'''$, latitudo occipitis medii ultra $\frac{3}{4}''$, auricularum $6\frac{3}{4}'''$, inter scapulas $1\frac{1}{2}''$, alarum extensarum $1'\,3\frac{1}{2}''$, membranae interfemoralis $2''$.

Reperitur in suburbiis Provinciae Para.

Species 2. Molossus nasutus. Tab. XXXV. Fig. VII.

Naso prolongato; auriculis supra frontem magis distantibus; trunco supra brunneo-nigro, infra brunneo; cauda dimidia fere libera; dentibus incisivis superioribus mediis apice subdivergentibus.

Descriptio. Corpus robustius, supra brunneo-nigrum, subtus fusco-brunneum; caput breve; nasus supra labia obtuso-prolongatus, pilis rigidis, rufescentibus, confertis antice munitus; auriculae usque ad angulum oris vergentes, breves, obtusae, supra frontem 3‴ distantes; dentes incisivi superiores medii apice subdivergentes; oris rictus oblongus; pollex manus brevis, ungue brevinsculo instructus; pedes posteriores breves; planta brevissima, pilis hirsuta; membrana alaris et interfemoralis brunneo-cinerascentes, prior usque ad dimidiam tibiam extus decurrens, altera brevis, usque ad tarsum et dein usque ad dimidiam fere caudam angulato-excurrens; cauda longitudine dorsi, ad dimidium fere libera, prolongata, reliqua membrana interfemorali involuta, articulis decem.

Longitudo trunci a nasi apice usque ad caudae initium 3 ½″, capitis 1″, caudae involutae 1″ 2‴, liberae 1″, humeri 1″, radii 1″ 10‴, pollicis 1‴, digiti indicis 1″ 10‴, medii 3 ½″, minimi 1 ¾″, femoris ¾″, tibiae ¾″, plantae 3‴, calcanei ¾″, membranae interfemoralis ultra 1″, auricularum ½″, tragi ultra 1‴; latitudo occipitis ¾″, auricularum 5 ½‴, inter scapulas 1½″, alarum extensarum 1′, membranae interfemoralis 2″.

Reperitur sub tectis domuum prope flumen St. Francisci.

Species 3. Molossus fumarius. Tab. XXXV. Fig. V. et VI.

Corpore submediocri, nigro-fusco; facie, auriculis alisque nigerrimis.

Descriptio. Corpus minus quam in praecedente specie, supra et subtus nigro-fuscum; facies minuta, nudiuscula; nasus supra pilosus; labia ad marginem pilosa; auriculae nudiusculae, nigrae, obtuso-abbreviatae, supra frontem approximatae, oculos fere obtegentes; oris rictus longiusculus; dentes incisivi superiores apice subdivergentes; pili brunnei, ad radicem albo-cinerascentes, in superficie nigro-fusci; alae nigricantes, angustae, tenues; digitus medius valde elongatus, apice filiformis, recurvus; membrana alaris usque ad medium tibiae introrsum prolongata, interfemoralis talo annexa, dein secundum caudam, excepto eius apice libero incurvo, decurrens; cauda longa, membrana involuta, articulis 10, quorum ultimi liberi; pollex manus eiusque unguis breves; planta pedis minuta, pilis rufis hirsuta; femur et tibia ad genua membrana alari libera, prominentia; radius brachii concavus; talus in medio incurvus, dein descendens.

Longitudo trunci a nasi apice usque ad caudae initium 2″ 3‴, capitis 8‴, caudae involutae 1″ 3‴, liberae 10‴, humeri 1, radii 1″ 10‴, pollicis 1 ¼‴, digiti medii 2 ¼″, indicis 3″ 5‴, minimi 1 ½″, femoris ¾″, tibiae ¾″, plantae 4‴, calcanei 4‴, membranae interfemoralis 1 ⅓‴, auricularum 4‴, tragi 1 ¼″; latitudo capitis medii ½″, auricularum 4 ½‴,, inter scapulas 1″, alarum extensarum 1′ 4‴, membranae interfemoralis 1 ½″.

Habitat numerosus diu sub tectis domuum fumo spisso repletarum, prope ripam fluminis Itapicurú.

Genus 3. Thyroptera.

Naso non perfoliato, pollice manus infra patella subconcava armato.

Descriptio. Corpus gracile, minutum; radius brachii concavus; pollex manus tenuis, infra patella vel disco armatus; cauda longa, maxima parte membrana interfemorali involuta, parte tertia equidem ad extus libere pendens; membrana alaris angustissima, secundum tibiam usque ad tarsum decurrens; membrana interfemoralis plantas pedum vix exsuperans, apice subtriangularis; calcaneus horizontalis, subbrevis; digiti pedis posterioris omnes tenues, adpressi, unguiculati; planta pedis minuta.

Species 1. Thyroptera tricolor. Tab. XXXVI. Fig. IX.

Corpore supra brunneo-fusco, subtus albissimo; alis pedibusque nigerrimis.

Longitudo trunci a nucha usque ad caudae initium 1 1/4'', caudae involutae ultra 3/4'', liberae 3 1/2''', humeri 3/4'', radii 1'' 3 1/2''', pollicis 1 1/4''', digiti indicis 1'' 3''', medii ultra 1 1/2'', minimi 1'', femoris 7''', tibiae 3/4'', plantae 2''', calcanei 2''', membranae interfemoralis 8'''; latitudo inter scapulas 9''', alarum extensarum 9'' 4''', membranae interfemoralis 1 1/4''.

Insidet diu arbustis ad littora fluminis Amazonum.

Genus 4. Proboscidea.

Naso non perfoliato, prolongato, acuminate propendente.

Descriptio. Corpus minimum, supra depressum; caput elongatum, nares versus acuminatum; auriculae mediocres, lanceolatae, apice acutae, oris angulum non attingentes; tragus integer, lanceolatus, alter exterior uti in Molosso rotundus; oculi auriculis propiores; nasus proboscideus, supra labia longe propendens, apice subsulcatus; nares oblongae, anticae; os minutum, angulatum; labium superius infra nasum tenue, marginatum, labium inferius supra mentum bituberculatum, subsulcatum; mentum membranoso- vel valvuloso-sinuatum; dentes incisivi superiores quatuor, minimi, a caninis remoti, omnes distantes et divergentes, medii spatio largo separati, inferiores sex, vix majores, lobati, semicirculariter positi; canini supra infraque duo, tenues, superiores ad basin intus unidenticulati; molares supra infraque quinque, prior minutus, unicuspidatus, reliqui multicuspidati, acuti, exfoliati; lingua subverrucosa, aeque ac palatum transversim striata; membrana volatilis angusta, apice digitorum longior, tenuior, plicata, usque ad tarsum large decurrens; membrana interfemoralis pedibus brevior, caudam usque dimidium longitudinis involvens, extus emarginata; calcaneus tenuis, longus, primo horizontalis, dein curvo-descendens; pollex manus subbrevis, tenuis; digiti gracillimi, adpressi; cauda membrana interfemorali longior, ad dimidium involuta, reliqua libere exserta.

Species 1. Proboscidea saxatilis. Tab. XXXV. Fig. VIII.

Corpore supra brunneo-cinereoque variegato, subtus murino-cinerascente; alis pedibusque brunneo-fuscis.

Descriptio. Corpus minutum; caput acuminatum, retractum; nasus acuminatus, proboscideus, subdependens; auriculae parvae, lanceolatae, extus subserratae, adpressae, supra caput prominulae; membrana interfemoralis plicata, plantis, nec non cauda brevior, margine posteriore subhorizontali; planta compressa, minuta; digiti pedis posterioris nigro-unguiculati; calcaneus longus, extus subconcavus, apice versus medium uterque approximatus, furcillate prominens.

Longitudo trunci a nasi apice usque ad caudae originem 2″, capitis 6¼‴, caudae involutae 5½‴, liberae 2‴, humeri 1″ 3‴, radii ultra 1¾″, pollicis ultra 1‴, digiti indicis 2″, medii 1¾″, minimi 2½″, femoris ½″, tibiae 1½‴, plantae 2¼″, calcanei 5‴, membranae interfemoralis 1¾″, auricularum 3½″, tragi ¾‴; latitudo occipitis ½″, auricularum 2½‴, inter scapulas ¾″, alarum extensarum 9″ 2‴, membranae interfemoralis 1¾″.

Reperitur gregatim in locis rupestribus juxta fluvium St. Francisci.

Species 2. Proboscidea rivalis.

Proboscidea rivalis in hoc opere non delineata differt corpore minore, supra fusco-brunneo, subtus pallide brunneo, alis supra caput longe prominentibus.

Reperitur gregatim ex arbustis prope flumen Amazonum dependens.

Genus 5. Vespertilio.

Naso non perfoliato, subporrecto, subacuto; cauda longissima, membranam interfemoralem vix exsuperante; dentibus incisivis inferioribus sex, triserratis; incisivis superioribus quatuor, bidenticulatis, spatio intermedio largo distantibus.

Descriptio. Corpus subparvum; rostrum acutum; nasus subporrectus, subacutus; nares rotundae, sublaterales, distantes; auriculae mediocres, patulae, sublanceolatae, versus angulum oris decurrentes; tragus auriculis partibus duabus brevior, integer, oblongus, apice largiusculus; rictus oris oblongus, recedens; lingua brevis, subverrucosa; oculi auribus propiores; dentes incisivi superiores quatuor, apice bidenticulati, medii spatio largo distantes, inferiores sex, apice trilobati, canini supra infraque duo aequales, prominnuli; molares supra infraque sex, priores tres unicuspidati, reliqui exfoliati, acuminati, anteriores duo minimi; membrana alaris, praecipue versus apicem digitorum angustior, inter digitum minimum et tibiam minus excavata, usque ad metatarsum pedis posterioris procurrens; membrana interfemoralis obtuse concava sive angulate obtusa, larga, pedes exsuperans, caudam longam, excepto eius apice, fere totam involvens; calcaneus tenuis, descendens, sublongus; pollex manus tenuis, parvus, unguiculatus; cauda articulis novem.

Species 1. Vespertilio brasiliensis. Tab. XXXVI. Fig. VIII.

Corpore supra et subtus nigro; alis hyalinis.

Descriptio. Corpus exiguum; caput oblongum; rostrum prominulum, apice subobtusum, auriculae longiusculae, lanceolatae, versus basin sublargae, revolutae, versus angulum oris non excurrentes; tragus integer, lanceolatus, auricularum fere longitudine; nares anticae, revolutae, ad latera, uti et versus mentum verrucis tubuliformibus munitae; truncus corporis supra et subtus niger; membrana alaris et interfemoralis pellucidae, prior usque ad pollicem pedis large decurrens, posterior usque ad calcaneum breviusculum et secundum caudam maiorem decurrens; cauda pede posteriore longior, apice vix exserto ac libero.

Longitudo trunci a rostri apice usque ad caudae initium 1 ½″, capitis ½″, caudae involutae 2″, liberae 1‴, humeri 1″, radii ultra 1 ¾″, pollicis ¾‴, digiti indicis 1 ½″, medii 2″, minimi 2″, femoris ½″, tibiae ½″, plantae 2 ½‴, calcanei 3 ½‴, membranae interfemoralis 1 ½″, auricularum ultra ½″, tragi ultra 2‴; latitudo occipitis ¼″, auricularum 4‴, inter scapulas ¾‴, alarum extensarum 10‴, membranae interfemoralis 1 ½″.

Familia II. ISTIOPHORI.

Genus 6. Vampyrus.

Naso unifoliato; ore subobtuso, apice mentum versus verrucoso; labio superiore et inferiore integris, ad intus vix cirrhosis; membrana interfemorali largiore et longiore quam cauda, margine externo subhorizontali; cauda brevi, involuta, apice vix libere prominente.

Descriptio. Animal sanguisugum; corpus frequenter robustum; caput crassum, oblongum, a collo distinctum; rostrum subobtusum; vexillum naso impositum, longum, acuminatum, infra aut a labio vix distinctum ac connatum, aut libere pendens; latera narium elevate tuberculata; nares approximatae, anticae; aures grandes, patulae, acuminatae, ab oris angulo, ab oculis et inter se distantes, ad basin sublobatae vel subtuberculatae; tragus lanceolatus, extus et infra denticulatus; oculi grandiores, inter aures et nares intermedii, ad angulum oris non verticales; oris rictus oblonginsculus; labia ad marginem subintegra, cirrhis vix munita, inferius supra mentum tuberculis cirrhisque munitum, intus versus angulum oris sacculo buccali valvulosum; lingua supra verrucosa, apice vix acuminata; dentes incisivi superiores quatuor, caninis contigui, inter se conniventes, quorum laterales minuti, vix conspicui, medii longiusculi, plani, conici, inferiores quatuor, superioribus minores, paralleli, aequales, caninis contigui, excepto Vampyro Bidente, cui inferiores solummodo duo, longi, largiores; dentes canini supra infraque duo, fortes, subaequales, subrecurvi; molares utrinque supra et infra quatuor, quorum anteriores uni-, reliqui tricuspidati; pollex manus longior, crassiusculus; phalanx postremus ac cartilago digiti medii longiores quam in caeteris huius familiae; membrana volatilis ad lumbos dorso adnata, usque ad talum large descendens; calcaneus subbrevis; membrana interfemoralis calcaneo angulate affixa, margine exteriore subhorizontali; cauda membrana interfemorali triplo brevior, connata, supra apice vix libero prominens.

Species 1. Vampyrus cirrhosus. Tab. XXXVI. Fig. III.

Capite oblongiore; labiis, vexillo nasali inferiori et laterali, praecipue mento cirrhosis.

Descriptio. Corpus robustius, pallide castaneo-pilosum; alae nigricantes, nudae; caput oblonginsculum, apice subattenuatum; auriculae perpatulae, altae, acuminatae, intus nudiusculae, fronti ad latera adnatae, versus basin intus unituberculatae; tragus longior, infra et extus bidentatus; vexillum nasale superius conicum, antice vix canaliculatum, ad marginem crenulatum, inferius ad latera libere pendens, fimbriatum, antice cum labio connatum; labia ad mentum cirrhosissima; cauda tota connata; ungues pollicis et digitorum pedis posterioris rufo-flavicantes.

Longitudo trunci a nasi apice usque ad caudae originem 3″10‴, capitis 1 $\frac{1}{2}$″, partis caudae involutae $\frac{3}{4}$″, liberae $\frac{1}{3}$‴, humeri 1 $\frac{1}{2}$″, radii 2 $\frac{1}{4}$″, pollicis 2‴, digiti indicis 2″, medii 3″, minimi 4″, femoris 1″, tibiae 1″, plantae 5‴, calcanei 5‴, membranae interfemoralis ultra 1 $\frac{3}{4}$″, auricularum 5‴, tragi 3″; latitudo occipitis 1″, auricularum 2 $\frac{1}{2}$‴, inter scapulas 1″, alarum extensarum 1′ 3″, membranae interfemoralis 2 $\frac{3}{4}$″.

Species 2. Vampyrus Bidens. Tab. XXXVI. Fig. V.

Rostro acuto; dentibus incisivis inferioribus duobus, longis; auriculis praepatulis; trunco subtus murino, supra nigro-fusco piloso; alis nudis, nigris; caudae apice supra extus prominente; calcaneis longioribus, ad marginem concavis, apice furcae ad instar approximatis.

Longitudo trunci a nasi apice usque ad caudae originem 3″, capitis ultra 1″, partis caudae involutae 5‴, liberae $\frac{1}{4}$‴, humeri ultra 1″, radii 2″, pollicis 4‴, digiti indicis ultra 2″, medii 4 $\frac{1}{4}$″, minimi 2 $\frac{3}{4}$″, femoris $\frac{3}{4}$″, tibiae 1″, plantae 8 $\frac{1}{2}$‴, calcanei ultra 1″, membranae interfemoralis 1″, auricularum 9‴, tragi 1 $\frac{1}{2}$‴; latitudo occipitis 10‴, auricularum 7‴, inter scapulas 1 $\frac{1}{4}$″, alarum extensarum 1″ 2‴, membranae interfemoralis ultra 1 $\frac{1}{2}$″.

Habitat sub tectis domiciliorum prope fluvium St. Francisci.

Species 3. Vampyrus soricinus. Tab. XXXVI. Fig. II. VI.

Corpore minus robusto; dentibus incisivis apice subdivergentibus; vexillo nasali integro, inferiore antice a labio non distincto; labiis integris, non verrucosis; mento verrucoso.

Descriptio. Corpus minus robustum, supra murino-variegatum, subtus cano-fuscum; pili dorsi ad radicem albo-canescentes, apice rufescentes; caput subgracile, acutiusculum; auriculae subbreves, extus versus apicem subconcavae; tragus tenuis, extus infra tridentatus; dentes canini supra infraque duo, subgraciles, incisivi superiores laterales vix conspicui, medii crassiores, acuti, ad apicem divergentes, inferiores medii lateralibus maiores, planiores, subserrati; molares utrinque supra quatuor, infra quinque, posteriores tricuspidati, apice obtusiusculi; pollex manus tenuis, longiusculus; unguis pollicis manus flavicans, minor; index manus a digito medio magis distans; alae nudiusculae, nigrae, usque ad finem tibiae fere horizontaliter descendentes; membrana interfemoralis abbreviata, extrorsum subconcava; calcaneus brevis, ascendens; cauda membrana interfemorali duplo brevior, connata, apice vix prominens.

Longitudo trunci a nasi apice usque ad caudae originem 3″, capitis ultra 8‴, partis caudae involutae 2‴, liberae $\frac{1}{6}$‴, humeri 1″, radii 1 $\frac{3}{4}$″, pollicis 2 $\frac{1}{4}$‴, digiti indicis 2″, medii 2 $\frac{1}{4}$″, minimi 3 $\frac{3}{4}$″, femoris 1″, tibiae $\frac{1}{4}$″, plantae 5‴, calcanei 2‴, membranae interfemoralis $\frac{1}{2}$″, auricularum 7‴, tragi 1 $\frac{1}{4}$‴; latitudo occipitis $\frac{3}{4}$″, auricularum 4 $\frac{1}{2}$‴, inter scapulas 1 $\frac{1}{2}$″, alarum extensarum 1′ 1″, membranae interfemoralis 1″ 2‴.

Vivit sub tectis domuum in urbe Rio de Janeiro et ad fluvium St. Francisci.

Genus 7. Phyllostoma.

Naso unifoliato; ore verrucoso, obtuso, semicirculari; labio superiore et inferiore integris, introrsum maxime cirrhosis, extus supra mentum tuberculosis; cauda omnino nulla.

Descriptio. Animal sanguisugum; corpus robustius; caput crassum, suboblongum, apice obtusum; vexillum nasale superius longius, inferius antice vel distinctum ac liberum, vel subdistinctum; rictus oris semicircularis; labia in margine exteriore verrucosa, ad intus cirrhosa; lunula supra mentum tuberculosa; auriculae breviores quam in genere praecedente; dentes incisivi supra infraque quatuor, superiores inaequales, laterales subminuti, conniventes, medii planiusculi, apice bidenticulati, subdistantes, inferiores paralleli, aequales, caninis contigui, molarium anteriores unicuspidati, secundus grandior; pedes posteriores minores quam in genere praecedente; membrana interfemoralis brevior, sub angulo subacuto excavata; cauda nulla; reliqui characteres uti in genere Vampyri.

Species 1. Phyllostoma planirostre. Tab. XXXVI. Fig. I.

Capite crasso, supra depresso; naso ad latera tuberculose verrucoso; vexillo nasali inferiore antice libere pendente; labiis ad marginem crenulatis; mento minus alto, planiore.

Descriptio. Corpus robustius, supra et infra canescenti-pilosum; alae nigrae, nudae; vexillum nasale nudum, superius triangulare, versus acumen lateraliter subexcavatum, inferius lateraliter et antice libere pendens, margine integro; latera nasi utrinque verrucis sex longitudinalibus tuberculosa; tubercula supra mentum quatuordecim, minora, sublongitudinaliter posita, media planiora; labia ad marginem crenulata, introrsum cirrhosa; auriculae mediocres, infra ad basin neque tuberculatae neque lobatae; tragus mediocris, extrorsum infra tridentatus; ungues rufescentes.

Longitudo trunci a nasi apice usque ad caudae originem $3\frac{3}{4}''$, capitis $1''\ 4'''$, caudae 0, humeri $1\frac{1}{2}''$, radii $2\frac{1}{2}''$, pollicis $3\frac{1}{4}''$, digiti indicis $2\frac{3}{4}''$, medii $3''$, minimi $4\frac{1}{4}''$, femoris $1''$, tibiae $1''$, plantae $5\frac{1}{4}''$, calcanei $2\frac{1}{2}'''$, membranae interfemoralis $1''$, auricularum $8'''$, tragi $1\frac{1}{4}$; latitudo occipitis $\frac{3}{4}''$, inter scapulas $1\frac{1}{4}''$, alarum extensarum $1''\ 3'''$, membranae interfemoralis $2\frac{3}{4}''$.

Habitat in suburbiis Bahiae.

Genus 8. Glossophaga.

Capite et rostro gracilibus, apicem versus acuminatis; vexillo nasali superiore brevi, integro, inferiore antice connato; lingua setis hispida, maxime prolonganda; labio inferiore usque ad mentum fisso, longitudinaliter crenulato; trago lanceolato, extus non denticulato; cauda minuta, apice vix exserto.

Descriptio. Animal sanguisugum; corpus parvum, gracile; caput oblongum, gracile, in vertice elevatum; vexillum nasale superius breve, triangulare, integrum, inferius an-

antice cum labio connatum, lateraliter verrucis irregulariter positis cinctum; oris rictus oblongus, acute angulatus; labium superius verrucis hinc inde munitum, inferius in medio usque ad mentum fissum, ad latera longitudinaliter cirrhis obsitum; aures breves, apice subobtusae, ab oculis et angulo oris distantes; tragus lanceolatus non serratus; nares anticae approximatae; dentes incisivi supra infraque quatuor, caninis contigui, quorum laterales minuti, medii plani, approximati, apice largi, inferiores tuberculosi, breves; canini supra infraque duo, longiusculi, graciles; molares supra infraque utrinque sex, quorum tres anteriores unicuspidati, reliqui quadricuspidati, breves, apice acuti; lingua retractilis, apice acutiuscula, mirum quantum prolonganda, frequenter in exemplis spiritu vini reservatis longitudine fere capitis propendens, supra setis aureo nitentibus retroversis hispida; oculi minuti, rotundiores, angulo oris verticaliter impositi; pedes posteriores graciles, radio brachii breviores, omnes unguiculati; pollex manus tenuis, sublongus, unguiculo brevi; membrana alaris usque ad talum excavato-excurrens; membrana interfemoralis abbreviata, extus subexcavata, magis lata quam longa, planta nec non tibia minor; calcaneus brevis, subascendens; cauda brevissima articulis quatuor, membrana interfemorali dimidio brevior, involuta, apice vix exserto.

Species 1. Glossophaga amplexicaudata Tab. XXXVI. Fig. IV.

Corpore supra brunneo, subtus rufo-brunneo; membrana alari et interfemorali nigris; pilis in mare rufescente-brunneis, in foemina nigricanti-brunneis.

Descriptio. Pili corporis ad radicem pallide cani, apicem versus in dorso brunnei, in abdomine rufo-brunnei; facies quasi tota brunneo-pilosa, acutiuscula; vexillum nasale unicum, superius breve, triangulare, integrum, medium ad latera narium subtuberosum; labia verrucis hinc inde obsita, inferius usque ad mentum fissum, lateraliter utrinque membrana longitudinali, sublibera et subcirrhosa ornatum; rictus oris oblongus, acute angulatus; auriculae breviores, obtusiores, fronti haud adnatae, antice nudae; tragus lanceolatus, haud longus, extrorsum infra excavatus; pollex manus gracilis, subelongatus, cum radio brachii et digito indice membrana mediante conjunctus, deflexus; unguis pollicaris minutus, aeque, ac ungues digitorum pedis posterioris omnes maiusculi, flavicans; membrana alaris nigricans, versus apicem digitorum manus inflexa, usque ad finem tibiae excavato-excurrens; pedes posteriores breves, aeque ac anteriores nudi; caput tibiae superius extus libere prominens; planta pedis angustata, subbrevis; calcaneus brevis, subascendens; membrana interfemoralis magis larga quam longa, extus obtuse excavata, plantas non attingens; cauda perbrevis, involuta, supra in medio membranae interfemoralis tuberculo extremo prominens; mas differt a foemina, quae nigricanti-brunneo colorata est, corpore magis rufescenti-brunneo.

Longitudo trunci a nasi apice usque ad caudae originem 2 1/4'', capitis 1'', partis caudae involutae 3''', liberae 1/4''', humeri 1'', radii 1 1/2'', pollicis ultra 1''', digiti indicis 1 1/4'', medii 2'', minimi 2 1/2''' femoris 1/2'', tibiae 1/2'', plantae 4''', calcanei 1''', membranae interfemoralis ultra 3/4'', auricularum 4''', tragi 1'''; latitudo occipitis medii ultra 1/2'', inter scapulas 9''', auricularum 3''', alarum extensarum 9 1/2'', membranae interfemoralis 1 1/4''.

Habitat, sanguisuga crudelissima, in domibus urbis Rio de Ianeiro et fere totius Brasiliae.

Genus 9. Diphylla.

Naso bifoliato; cauda et membrana interfemorali nullis.

Descriptio. Corpus mediocre; caput breve, apice subobtusum; auriculae oblongo-rotundatae, perbreves, quasi truncatae, basin versus omnino deficientes; tragus lanceolatus, integer, haud reconditus; vexilla duo supra nasum juxta se posita, quasi truncata, ad latera non prolongata, perbrevia, praecipue posterius; dentes canini supra infraque duo, vix exserti; incisivi supra infraque quatuor, superiores medii lateralibus postpositi, maiores, apice sexdentati, semicirculariter collocati, largi, caninis contigui; molares supra infraque octo, breves, apice crenulati, inferiores a caninis distantes; lingua subverrucosa, apice nonnihil lata et obtusa; labia non verrucosa, fere uti in Molosso pilosa; membrana alaris angustata, lumbis adnata, versus apicem digitorum valde elongata, tenuis, recurva, versus tibiae basin excavato-decurrens; pollex manus solummodo unguiculatus, cum radio et digito indice membrana vix ulla conjunctus; pedes posteriores radium brachii fere aequantes, membrana interfemorali deficiente omnino liberi; planta pedis longior; digiti pedis posterioris omnes unguiculati; calcaneus extus vix conspicuus; cauda nulla.

Species 1. Diphylla ecaudata. Tab. XXXVI. Fig VII.

Corpore villoso - piloso; dorso fusco - brunneo; capite et abdomine subtus brunneo-canescentibus; alis nigricantibus, nudiusculis; facie versus aures villoso-pilosa, nudiuscula; cauda et membrana interfemorali nullis; calcaneo extus vix conspicuo.

Longitudo trunci a nasi apice usque ad caudae initium 3″, capitis $\frac{3}{4}$″, humeri $\frac{3}{4}$″, radii 1 $\frac{3}{4}$″, pollicis 5‴, digiti indicis 1″ 4‴, medii 2 $\frac{3}{4}$″, minimi 2″ 1‴, femoris $\frac{3}{4}$″, tibiae 7‴, plantae 8‴, auricularum 3‴, tragi $\frac{3}{4}$‴; latitudo occipitis ultra $\frac{1}{2}$″, auricularum 4 $\frac{1}{4}$‴, inter scapulas 1 $\frac{1}{2}$″, alarum extensarum 10 $\frac{1}{4}$″.

EXPLICATIO CAPITUM OSSEORUM.

Tabula XXXVII.

Caput osseum viri Indi Americani nondum senilis, e tribu Camacaens, prope pagum Ilheos in Provincia Bahiae indigeni.

Mensurae huiusce capitis ossei cum mensuris capitum osseorum hominum ejusdem fere aetatis, Europaei nempe et quidem viri e Tyroli in Cephalogenesi jam delineati, Bengalensis, Aethiopis ex Angola comparatae.

	Fig. I. a. Camacaens e Brasilia.	b. Europaeus e Tyroli.	c. Asianus e Bengala.	d. Aethiops ex Angola.	Fig. II. e. Cebus libidinosus.
ANGULUS Facialis et cerebralis formatus linea a limbo meatus auditorii inferiore ad limbum alveoli dentis incisivi superioris medii ducta, (Tab. 38. Fig. 9. a. b.) et altera linea a margine alveoli dentis incisivi sup. med.					
vel usque ad suturam frontali-nasalem (Fig. 9. i. k.)	68°	70°	76°	70°	54°
vel usque ad tuber frontis sive sinuum frontalium (Fig. 9. g. h.)	76°	74°	80°	73½°	57°
vel usque ad glabellam frontis prominentem (i. k.)	63½°	65°	67°	70½°	52°
ALTITUDO Capitis totius cum maxilla inferiore plano horizontali impositi,					
ab horizonte usque ad verticem	6″	6″	5″ 10½‴	5″ 11‴	2″ 8‴
ab apice processus mastoidei usque ad verticem;	5″ 6‴	5″ 2½‴	5″ 6½‴	5″ 8‴	1″ 3½‴
Frontis					
ab apice frontis vel a sutura frontali-nasali usque ad verticem (Tab. 38. Fig. 9. f. q.)	1″ 6⅓‴	1″ 11½‴	1″ 8‴	1″ 6‴	9‴
a superficie externa corporis ossis sphenoidei usque ad verticem	4″ 2¼‴	4″ 3‴	4″ 4½‴	4″	1″ 5‴
Syncipitis sive ossium bregmatis					
a sutura mastoidea (usque ad unionem suturae coronalis et sagittalis)	4″ 2¾‴	4″ 2‴	4″ 7¼‴	4″ 4‴	1″ 5‴
ab apice ossis occipitis superioris (usque ad unionem suturae coronalis et sagittalis)	3″ 8½‴	3″ 1‴	3″ 10½‴	3″ 5‴	1″ 1‴
a superficie externa ossis basilaris usque ad cacumen syncipitis	4″ 1½‴	4″ 7‴	5″ 1‴	4″ 11‴	1″ 8‴
Occipitis					
a linea et crista occipitali inferiore, sive a plano horizontali usque ad apicem ossis occipitis superioris	1″ 9‴	2″ 2½‴	1″ 8‴	1″ 10½‴	5¼‴
a limbo inferiore foraminis occipitalis magni usque ad apicem ossis occipitalis superioris	1″ 6‴	1″ 5½‴	1″ 5½‴	1″ 4‴	5‴

	Fig. I. a. Camacaens e Brasilia.	b. Europaeus e Tyroli.	c. Asianus e Bengala.	d. Aethiops ex Angola.	Fig. II. e. Cebus libidinosus.
LONGITUDO Capitis a tubere occipitis usque ad mentum	7″ 10‴	7″ 4½‴	6″ 10‴	8″ 6‴	3″ 2‴
Cranii maxima a tubere occipitis usque ad apicem frontis	6″ 10‴	6″ 6½‴	6″ 1‴	6″ 9‴	2″ 6¼‴
Frontis ab apice usque ad unionem suturae coronalis et sagittalis	4″ 1‴	4″ 1‴	3″ 11½‴	4″ 1½‴	2″ 2″
Syncipitis secundum suturam sagittalem longitudinalem usque ad apicem ossis occipitis superioris	4″ 1¾‴	4″ 1½‴	4″ 1⅓‴	4″ 5‴	11‴
Occipitis a margine foraminis occipitalis magni superiore usque ad unionem suturae longitudinalis aut sagittalis	5″ 4¼‴	5″ 4‴	5″ 1½‴	5″ 7‴	10‴
Faciei a mento usque ad suturam frontali-nasalem,	4″ 6¾‴	4″ 4‴	3″ 11‴	6″ 1¼‴	1″ 10‴
Partis facialis infimae a mento usque ad spinam cristae maxillari-nasalis, cartilaginem nasalem recipientem	2″ 6¾‴	2″ 4½‴	2″ 2‴	4″ 3½‴	9½‴
Partis facialis superioris ab eadem spina maxillari-nasali usque ad suturam frontali-nasalem	2″ 9‴	2″	1″ 10‴	2″ 7½‴	1″ 1‴
Ossis incisivi a limbo alveoli medii usque ad spinam maxillari-nasalem	8‴	5½‴	7‴	10‴	4‴
Aperturae nasalis a spina maxillari-nasali usque ad apicem vel spinam ossis nasalis	1″ 4‴	1″ 1½‴	1″ 1½‴	1″ 1½‴	4‴
Ossis nasalis a spina nasali usque ad radicem sive suturam frontali-nasalem	10‴	1″ 2‴	8‴	8¼‴	5½‴
Menti ab apice usque ad limbum alveoli dentis incisivi inferioris	1″ 2½‴	1″ 1½‴	11¾‴	1″ 1½‴	9‴
Maxillae inferioris ab angulo postico usque ad apicem processus coronoidei	2″ 3¼‴	2″ 3½‴	2″ 1¾‴	2″ 6½‴	1″ 5‴
Foraminis occipitalis magni a margine inferiore usque ad superiorem	1″ 5‴	1″ 5‴	1″ 5⅓‴	1″ 5‴	5‴
Distantiae a margine externo ossis palatini sive a spina ossis palatini usque ad initium foraminis occipitalis magni	1″ 7½‴	1″ 10‴	1″ 6½‴	1″ 8‴	1″ 1‴
Orbitae a margine inferiore usque ad superiorem	1″ 1‴	1″ 3‴	1″ 4½‴	1″ 11‴	1″
profunditatis orbit. margine externo usque ad foramen opticum	1″ 8½‴	1″ 10‴	1″ 10‴	2″ 1‴	1″

	Fig. I. a. Camacaeus ex America.	b. Europaeus e Tyroli.	c. Asianus e Bengala.	d. Aethiops ex Angola.	Fig. II. e. Cebus libidinosus.
LATITUDO Frontis minima postice inter utrasque apophyses zygomatico-frontales	3″ 5½‴	3″ 6‴	3″ 6½‴	3″ 8½‴	(maxima) 1″ 4½‴
maxima	4″ 3¼‴	4″ 5‴	4″ 5‴	4″ 2¼‴	(minima in simia) 1″ 3½‴
Syncipitis					
minima inter utraque tubera parietalia	4″ 2‴	4″ 9½‴	5″ 3‴	4″ 6‴	1″ 9‴
maxima infra et inter tubera parietalia	5″ ½‴	5″ 1‴	5″ 7‴	4″ 9‴	1″ 10‴
inter media utriusque ossis squamosi	4″ 11‴	5″	5″ 4½‴	4″ 4¾‴	1″ 9‴
Occipitis					
inter suturas lambdoideo-mastoideas	3″ 10½‴	4″ 4‴	4″ 3‴	4″ 2‴	1″ 3¼‴
inter utrosque processus mastoideos	4″ 8¾‴	4″ 10‴	5″	4″ 6‴	1″ 0″
Foraminis magni occipitis maxima	1″ 1½‴	1″ 2¼‴	1″ 1‴	1″	5½‴
Faciei					
inter utraque ossa zygomatica	4″ 9‴	4″ 8‴	4″ 5‴	4″ 7‴	1″ 8‴
Orbitarum					
simul sumtarum a margine interno ossis zygomatici ad marginem alterius lateris	3″ 10‴	2″ 4‴	3″ 5‴	3″ 9‴	1″ 6‴
diagonalis orbitae singulae	1″ 7½‴	1″ 5¼‴	1″ 5‴	1″ 7‴	9‴
horizontalis	1″ 8‴	3″ 6‴	1″ 3½‴	1″ 6‴	8¼‴
Maxillarum superiorum					
inter utramque regionem buccalem	2″ 1‴	2″ 2‴	2″ 4‴	2″ 4½‴	1″ 2‴
inter lineas plani semicircularis sive a loco insertionis superioris musculi temporalis usque ad verticem sive suturam longitudinalem vel sagittalem	1″ 9½‴	2″ 8‴	1″ 11‴	2″ 7‴	5½‴
Alae sphaenoideae majoris horizontalis maxima	1″ 2¼‴	10¾‴	7½‴	11¼‴	4‴
Meatus auditorii utriusque inter se distantis		3″ 9¾‴	4″ 2½‴	3″ 9½‴	1″ 3‴

	Fig. III.	F. IV.	F. V.	F. VI.	F. VII.
ALTITUDO Capitis totius	2″ 2‴	1″ 6¾‴	2″ 9½‴	2″ 8‴	2″ 3¾‴
maxillae inferioris ab angulo postico usque ad apicem processus coronoidei	10½‴	8¼‴	1″ 8‴	1″ 6‴	1″ 4½‴
LONGITUDO Capitis totius a limbo alveoli dentis incisivi superioris usque ad protuberantiam occipitalem	3″ 5‴	2″ 3¼‴	3″ 6‴	3″ ½‴	2″ 5‴
Cranii ab apice frontis usque ad protuberantiam occipitis	2″ 10‴	1″ 10½‴	2″ 9½‴	2″ 4‴	1″ 11‴
Foraminis occipitalis magni	5¼‴	3¼‴	5‴	4‴	5½‴
LATITUDO Frontis maxima	1″ 7‴	1″	1″ 5½‴	1″ 3‴	1″ 1½‴
Ossium parietalium maxima	2″	1″ 2½‴	1″ 11½‴	1″ 7‴	1″ 3½‴
Occipitis maxima	1″ 5½‴	11‴	1″ 6‴	1″ 1½‴	10¾‴
Foraminis occipitalis magni	6‴	3½‴	5½‴	4¾‴	3¾‴

Tabula XXXVIII.

	Fig. I. Callithrix Nigrifrons.	F. II. Callithrix amicta.	F. III. Callithrix cuprea.	F. IV. Midas Mystax.	F. V. Ateles Paniscus.	F. VI. Brachyteles Macrotarsus.	F. VII. Gastrimargus olivaceus.	F. VIII. Mycetes fuscus.	F. IX. Mycetes barbatus.
ALTITUDO Capitis totius . . .	2″ 4‴	2″ 6‴	2″ 1½‴	1″ 4½‴	3″ 8‴	3″ 6‴	3″ 8½‴	3″ 6‴	4″ 6‴
Maxillae inferioris a plano horizontali usque ad apicem processus coronoidei . .	1″ 3½‴	1″ 4‴	1″ 1‴	9‴	8″	1″ 10‴	2″	2″	3‴
LONGITUDO Capitis totius . . .	2″ 7¼‴	2″ 8¼‴	2″ 3¾‴	1″ 11½‴	4″ 4½‴	4″ 1½‴	4″ 2‴	3″ 10½‴	4″ 7‴
Cranii	2″ 1½‴	2″ 2‴	1″ 11‴	1″ 8‴	3″ 3½‴	2″ 10½‴	2″ 11‴	2″ 7‴	2″ 11‴
Foraminis occipitalis magni	5‴	6‴	5‴	4½‴	6‴	7‴	8‴	5½‴	5‴
LATITUDO maxima Frontis	1″ 2½‴	1″ 4½‴	1″ 2‴	10‴	1″ 10½‴	1″ 9¼‴	1″ 8‴	1″ 5‴	1″ 5¼‴
Ossium parietalium	1″ 3¾‴	1″ 4½‴	1″ 3‴	1″ 1‴	2″ 2‴	2″ 3‴	2″ 2¾‴	1″ 9½‴	1″ 11½‴
Occipitis	1″ 1‴	10½‴	4½‴	10‴	1″ 9½‴	1″ 8‴	1″ 7½‴	1″ 3½‴	1‴ 3‴
Foraminis occipitalis magni . .	4¾‴	4¾‴	4½‴	3‴	6½‴	6‴	6¼‴	5‴	6‴

Errata.

Pag.	Linea		lege:
VI	35	non descendunt	descendunt
16	17	nigro-lanuginosa	nigra. lanuginosa
26	12	in quam	quam in
28	6	Indiis	Indis
43	15	paulo	parum
47	16	ille plantae pedis	ille pollicis pedis
49	16	Amazonae	Amazonum
55	9	proprius	propius

Page	Ligne		lisez:
7	5	*serve*	*sert*
10	5	*noires*	*noirs*
—	16	*poilue*	*pelue*
17	8	*rouds*	*roides*
—	18	*étroites*	*étroits*
22	4	*il existent*	*il existe*
—	8	*tout noires*	*toutes noires*
25	1	*veloutiés, poilus écartes*	*veloutées, pelus écartées*

Page	Ligne		lisez:
26	12	*moyenne*	*moyen*
33	10	*mourit*	*mourut*
37	8	*Le cloisson*	*La cloisson*
38	7	*triangulairs*	*triangulaires*
40	6	*du celui*	*de celui*
44	20	*ce du*	*celui du*
—	22	*sont séparée*	*séparées*
47	6	*étroits*	*droits*



CEBUS macrocephalus. Mas

Der großköpfige Wickelschwanz. Männchen

Tab. I.



CEBUS libidinosus.

Der geile Wickelschwanz. Männchen


Tab. II



CEBUS xanthocephalus. *Foem.*

Der gelbköpfige Wickelschwanz. Weibchen.


Tab. III.



CEBUS unicolor. Mas

Der einfarbige Wickelschwanz. Männchen.

Tab. IV.



CEBUS gracilis. *Max.*

Der schlanke Wickelschwanz. Männchen

Tab. V.



CEBUS cucullatus. Foem.

Der Kapuzaffe. Weibchen.

Tab. VI.



BRACHYURUS Israelita. *Mas.*

Der bärtige Kurzschwanz. Männchen.

Tab. VII.



BRACHYURUS Ouakary. *Mas*

Der unbärtige Kurzschwanz. Männchen

Tab. VIII



PITHECIA hirsuta. *Mas.*

Der zottige Bärenaffe. Männchen.

Tab. IX.



PITHECIA inusta. . *Mas*

Der angesengte Bärenaffe. Männchen.

Tab. X.



PITHECIA capillamentosa *Fem.*

Der Perücken Bärenaffe Weibchen

Tab. XI.



CALLITHRIX personata. *Hum.*

Der schwarzköpfige Springaffe. *Männchen*

Tab. XII.



CALLITHRIX amicta. *Mas.*

Der weißhalsige Springaffe. Männchen.

Tab. XIII.



CALLITHRIX cinerascens. *Nob.*

Der aschfarbige Springaffe Männchen


Tab. XIV.



CALLITHRIX nigrifrons . . *Mas.*

Der schwarzstirnige Springaffe . Männchen

Tab. XV



CALLITHRIX Gigot. *Mas*

Der Gigot Springaffe. Männchen

Tab. XVI.



CALLITHRIX cuprea

Der kupferfarbige Springaffe Weibchen


Tab. XVII.



NYCTIPITHECUS felinus. Tem.

Der Katzen-Nachtaffe. Weibchen.

Tab. XVIII.



NYCTIPITHECUS vociferans. *Temm.*

Der lärmende Nachtaffe. Männchen


Tab. XIX.



MIDAS fuscicollis. *Mas.*

Der braunhalsige Eichhornaffe. Männchen.

Tab. XX.



MIDAS nigricollis. *Mas.*

Der schwarzhalsige Eichhornaffe. Männchen.

Tab. XXI.



MIDAS mystax. *Foem*

Der Schnurrbart-Eichhornaffe weibchen.

Tab. XXII.



MIDAS Oedipus. *Variet. Foem.*

Der Oedipus Eichhornaffe. Abart. Weibchen.

Tab. XXIII.




Fig. 1

MIDAS bicolor.

Der zweifarbige Eichhornaffe.

Fig. 2

MIDAS pygmaeus. Mas.

Der Zwerg Eichhornaffe. Männchen.

Tab. XXIV.



IACCHUS albicollis. *Mas.*

Der weißhalsige Pinselaffe. Männchen.

Tab. XXV.



IACCHUS penicillatus. Mas.

Der schwarze Pinselaffe. Männchen

Tab. XXVI.



BRACHYTELES macrotarsus. Fem.

Der langarmige Kurzdaum. Weibchen

Tab. XXVII.



GASTRIMARGUS olivaceus. . Mas.

Der olivenfarbige Dickbauch. Männchen.


Tab. XXVIII.



GASTRIMARGUS infumatus. *Foem.*

Der marderfarbige Dickbauch. Weibchen

Tab. XXIX.



MYCETES fuscus. *Mas.*

Der braune Brüllaffe. Männchen

Tab. XXX.




MYCETES stramineus



MYCETES barbatus. *Mas.*

Der großbärtige Brüllaffe. Männchen.

Tab. XXXII.



MYCETES barbatus. *Foem.*

Der grossbartige Brüllaffe. Weibchen.

Tab. XXXIII.




MYCETES discolor. *Mas.*

Der roth- und schwarzgefärbte Brüllaffe. Männchen

Tab. XXXIV.

A. Schmid delin. et pinx.




M. Schmid del.

Tab. XXXV.



M. Schmid del.

Tab. XXXVI.



[illegible] XXXVII



Tab XXXVIII.